

ad imita hanc rite ut p[ro]p[ter]e  
dicas baculos in r[ati]o[n]e d[omi]ni  
dictis fibronis. In tunc  
et transitus dominus TR<sup>o</sup>.

**D**ominus deus q[uod] uera salutis mea  
exaudi. V[er]na noctis actionis meae.

¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.  
¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.  
¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.

¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.  
¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.  
¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.

**V**erba. 1. 1. 1. 1.  
¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.

¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.  
¶ 44. 4. 1. p[ro]p[ter]e. 1. 1.



AB

56855

M.-J. 1029

Dübl. z. am Cb 2438  
2

1804.

Fridericus Grenwich  
Maas Zestow Mars:  
Symbol: Ferendum est malum Zekaoth mutabil.

F. A. M. Maas  
1806.  
ex lib. b. patr.

CHRISTOPHORI CELLARII  
ANTIQUITATES  
ROMANAЕ,

EX  
VETERVM MONVMENTIS  
AC LEGIBVS ROMANIS  
DIGESTAE.

*QVIBVS APPENDIX*  
DE RE ROMANORVM NVMMA-  
RIA ET INSCRIPTIONIBVS  
ACCESSIT.



---

HALAE MAGDEBURGICAE  
SVMPTIBVS ORPHANOTROPHEI  
M DCC X.

CHARTULARI CERTI



457



## LECTORI BENEVOLO.

S.



**N** breuiarium  
Antiquitatum Ro-  
manarum, quod b.  
Auctor tam publi-  
cis quam priuatis  
quibusdam collegi-  
is auditoribus suis exposuit. Optan-  
dum foret, vt ipse, quomodo sibi  
constituerat, adhuc viuus has præle-  
ctiones publici iuris fecisset, sed quum  
morte præuentus verendum esset, ne  
quis existeret, qui sub nomine suo il-  
las occultaret, aut apposito licet au-  
ctore nihilominus interpolatas ederet,

a2

ex

ex genuino quodam manuscripto,  
cui nihil additum, nihil detractum est,  
illas publicis typis exprimi curauimus.  
Non putamus necessarium esse, plu-  
ribus commoda, quæ ex lectione  
quisque sibi promittere posse, enar-  
rare, quum ea satis abunde ipsum b.  
auctoris proœmium ostendat. Id  
tantum monemus, ne quis alia scri-  
pta, quæ post mortem b. auctoris  
primum editi aut in aliam linguam  
translati nomen præferunt suum, in-  
genii sui fœtus agnoscat. Notum  
est, quid Conringio, Buchnero, Boe-  
clero & aliis quam plurimis summis  
viris accidit, post quorum fata libros  
editos esse constat, quibus eorum fa-  
ma non parum diminuta fuit. Inte-  
rim speramus, ut qui hucusque bea-  
tis C E E L A R II manibus bene cu-  
piuerunt, huius libelli inspectione ac  
perfectione talem erga eos affectum  
non sint intermissuri.

AN-



## ANTIQUITATVM ROMANARVM.

### PROOEMIVM.

**A**ntiquitates Romanas qui cogitat, nœ is rem præclaram, & copiosam & iurisprudentia perutilem aggre- ditur & tractat. Huius enim ci- vitatis prospœra & adversa nosse, vt ex Liui proœmio loquamur, que vita ciuium, qui mo- res fuerint, per quos viros, quibus artibus domi, militieque & partum & auctum sit impe- rium; id, inquam, cognosse præcipua pars do-ctrinæ politioris elegantiorisque est. Fuerunt plura in orbe terrarum imperia, regna, respu- blicæ, earumque variae conuersiones, incremen- ta, & præcipites rursum casus, vnde civilis formatur prudentia: at nulla usquam respu- blica fuit, in quam plus sibi fortuna permise- ri, quam Romana, cuius antiquitates nunc scrutamur. Siue enim amplitudinem finium, & numerum prouinciarum, siue copias & exer- cituum robur, secutamque inde militarem glo-

A

riam,

riam, siue virtutes singulorum hominum, sapientissimamque reipublicæ administrationem in-tueamur, omnia summa & cum nullius gentis magnitudine comparanda inuenimus. Enituit alia gens in bello, sed obsoleuit forsan in pace: aliam toga, sed non & arma honestarunt, litterarum studiis præclara fuit, sed obhaesit circa ceteras virtutes. Sola antiqua Roma est, in qua nulla laudis materia facile sterilescat. In huic ciuitatis antiquitatibus versaturis duο quasi oculi necessarii sunt, historia antiqua & geographia antiqua: utraque per mediū etiam æui tempora ad Iustiniani etatem & paulo ultra deducta. Leges enim Romanæ non sunt unius sæculi, sed quædam ex liberae de promptæ republicæ, quædam natæ sub primis Cæsaribus, quædam sub posterioribus seu ultimis. Cum his commode coniungi poterit doctrina de amplitudine imperii & prouinciarum numero: etiam de sociis & amicis populi Romani. His præmissis ipsis antiquitates hoc ordine tractare poterimus, ut I. de magistratibus Romanis agamus, tam in urbe, quam in prouinciis, coloniis ac municipiis. II. de Re militari Romanorum, qua orbem terrarum domuerunt. III. de legibus Romanis antiquis & re iudicaria seu fo-rensi. IV. addi possunt etiam nonnulla de illo-rum

rum Sacerdotiis, quæ summis viris & politicis tribuebantur. V. requiritur etiam, vt de Ludis Romanorum v. gr. gladiatoriis, Circensibus, ad legum interpretationem pertinentibus, agamus, nec non de aliis variis ritibus ac consuetudinibus, vt singula in sua tempora distribuantur. Tandem etiam de inscriptionibus vestitis & re nummaria veterum, in quibus hodie elegantior litteratura consistit, in usum peregrinationum, vt cum exterorum eruditissimo quoque versari possint: quæ commoda & iucunda sunt, adiiciemus.

CAPVT I.  
DE  
MAGISTRATIBVS.  
SECTIO I.  
I. De Regibus.

**R**omanum imperium initio penes reges fuit, qui mirabili ordine ac successione, nec sine prouidentia ita sese fecuti sunt, vt ex minima republica fieret omnium maxima & potentissima. *Romulus* enim heroico ingenio fundamenta iecit vrbe ad Tiberim condita. *Numa* religionem in populum semibarbarum induxit constituendæ reipublicæ in primis necessariam, vt fides & integritas.

tas seruetur, quod vinculum est generis humani. Tertius rex *Tullus Hostilius* arma tractare iuuentutem docuit, ut contra iniurias res publica nova defenderetur. Quartus rex *Ancus Martius* rem publicam ampliavit, coloniam deduxit; ut mare liberum haberet, prospexit; & ut tuta esset etiam altera Tiberis ripa, Ianiculum trans Tiberim muniuit, & ponte vrbi iunxit. Quintus, *Tarquinius Priscus*, Græcus genere, maiestati corroborandæ splendorem addidit & ornatum, sine quo contemptui sunt imperantes. Sextus, *Seruus Tullius* censum egit, id est numerum ciuium initit, ut sciret quot arma tractare possent, & in mores singulorum, etiam opes inquisiuit, vt tributa pro opum conditione imponerentur. Septimus rex *Tarquinius Superbus*, id est Tyrannus, suis & suorum iniuriis fecit, ut Romani exactis regibus in libertatem sese vindicarent, & pro regia constituerent rem publicam liberam post CCLIII annum V. C.

De potestate regum queritur, fueritne *absoluta*, nec ne? Pomponius quidem l. II. §. 14. ff. de *Origine Iuris* dicit, Reges omnem potestatem habuisse. Sed nec hoc putamus absolute interpretandum esse, quia Romulus praesentiens Italos, vti alios Europæos seruitutem ferre non posse, centum sibi Senatores adlegit, quorum consilio rem publicam administraret, qui nonnumquam acriter cum eo decertarunt. Deinde, quod ex fragmento Ciceronis apud Senecam ep.

108. constat, prouocatio ad populum etiam a regibus fuit. Exemplum clarum habet Liuius  
Lib. I. c. 26.

## II. de Consulibus.

**E**xactis regibus propter iniurias & tyrannidem, consulare imperium institutum est, sub quo Roma felicissima facta ad Cæsarum usque tempora floruit. Pro uno rege duo Consules creati sunt, ut si unus malus esse voluisse, alter eum, habens parem potestatem, coerceret. Et placuit, ne imperium longius, quam unum annum haberent, ne per diurnitatem imperii insolentiores fierent. Vid. Eutrop. Lib. I. c. 8. Ornamenta illorum erant Prætexta toga seu purpura, Sella curulis, & XII. lictores cum fascibus virgarum, quibus securis inserta erat: quamquam Valeria lege statim post securis fascibus fuit adempta, ad terrorem mitigandum; extra urbem autem, ut in bellis & provinciis, seruata.

Consulare imperium aliquoties interruptum fuit. Non dicemus iam de *Dictatura*, quæ tantum semestris fuit, consulibus manentibus, sine autem ordinaria potestate, quod infra pluribus explicabitur. Sed Decemviratus fuit, qui primo consulatum interruptum: deinde Tribunatus militum consulari potestate.

## III. de Decemviris.

A 3

Decem-

**D**ecemviri electi erant, vt leges Romanis ex Atticis Solonis conscriberent, & summa potestate, cessante interim consulatu, promulgarent: a quibus primum X. tabulae legum factae, postea, cum nonnulla deesse viderentur, duæ adiectæ, vt XII. tabulae legum fierent, quæ sunt fons omnis iuris Romani, vti ex fragmentis hodieque appareret. Cum vero XViri potestate sua sequenti anno abuterentur, abrogata illis fuit potestas, & consules reducti. Vide præter Liuium lib. III. l. II. ff. de O. I. §. 14.

#### IV. de Tribunis militum.

**D**einde cum exercitus tumultum faceret, nolletque ab otiosis magistratibus ex urbe regi, consules iterum abrogati sunt, & in illorum locum missi tribuni militum, qui in urbe alii atque alii incerto numero imperarent pro consulibus. Sic per multos factum est annos. Tandem vero paenituit Romanos militaris imperii & rursus facti consules. vid. Eutrop. l. 2. c. 2.

#### V. de Prætoribus.

**O**lim nullus magistratus exactis regibus Romæ erat, nisi Consules; cum vero hi bellis gerendis aliisque negotiis publicis detinerentur, additus fuit nouus magistratus, Prætor unus, qui ius in urbe diceret. Crescente autem ciuitate & multis peregrinis adventantibus, creatus est aliis

Ius *Prætor*, qui *peregrinus* adpellatus est ab eo, quod inter peregrinos ius diceret. Prior autem ille, qui ciuibus in vrbe ius reddebat, dictus est *Prætor urbanus*. De his Pomponius *l. II. de O. I. §. 27. 28.* Adde *Liuium l. VII. c. 1. & Lib. XIX. epit.* De aucto prætorum numero, de eorumque officiis post Punicâ bella accurate ibidem Pomponius §. 32. quorum summa est, tot prætores fuisse additos, quot prouinciae in ditionem venerant. Vide & *Liuium l. XXXII. c. 27. & lib. XXXIII. c. 26.*

Crescentibus criminibus quæstiones publicæ sunt constitutæ, & iuridicæ cauissæ inter prætores distributæ. atque a Sullano tempore vsque ad Ciceronem octo prætores in vrbe fuerunt, & Cicero inter octo primus, vt ipse in Pisonem c. 1. testatur. Julius Cæsar XII fecit prætores, Augustus XVI. Claudius duos prætores adiecit, vt fierent XVIII. quem numerum imperator Nerua restituit, cum a Tiro minutus fuisset. Vide Pompon. c. 1. Qui vero in prouinciis ius dicebant, saepius *Proprætores* dicuntur, quam *Prætores*, quamquam nec altera appellatio in illis insolens est.

De edicto *Prætoris* dicemus infra, vbi de Romanorum legibus & iudiciis agemus.

Prætores late dicti erant exercituum rectores; vnde cohors præatoria, nauis præatoria, & ipsum prætorium appellantur.

## VI. de Ædilibus.

**A**diles non vnius generis erant: nomen vero omnes ab ædibus habent publicis, quas curabant. Primum eodem tempore, quo tribuni plebis sunt creati, duo Ædiles facti sunt, non tantum ædium caussa, sed ut curam quoque rerum venalium gererent. Et hi erant minoris dignitatis atque ex plebe electi, quorum meminit Liuius lib. III. c. LV.

Maioris dignitatis erant, qui dicti sunt *Ædiles Curule's*, a sella curuli, maximorum magistratum ornamento: & hi etiam duo erant, ex patriciis electi, eodem anno, quo prætores primi facti sunt, ut Liuius testatur; ideoque opponabantur Ædilibus, de quibus supra. Officium autem Ædilium Curulum præcipuum erat, ludos & spectacula curare atque edere, & quidem posteriori tempore, cum luxus increbuissest ipsorum sumptu. Addidit Iulius Cæsar duos Ædiles *Cereales*, qui rei frumentariae prospicerent, ut Dio Cassius lib. XLIII. refert: sed & hi inferiores erant Curulibus: & ubi Ædiles absolute nominantur & Ædilitas, semper Ædiles Curules intelliguntur.

## VII. de Tribunis plebis.

**S**exto decimo post electos reges anno plebs Romana visa sibi a Patriciis opprimi, secessit ex urbe

vrbe trans Anienen fluum in montem sacrum; nec reuocari potuit, nisi impetrato ex suo ordine magistratu, qui Tribuni Plebis dicebantur, vt caussam plebis in Senatu semper agerent, potestatemque haberent decretis senatus contradicendi, quod *intercedere* vocabant, i. e. vt hodie dicimus, protestari. Initio duo creati sunt Tribuni Plebis, qui vero statim tres collegas assumserunt, vt quinque essent. Trigesimo sexto post anno X. Tribuni Pl. creati sunt, qui numerus manst per tempora insecura. Vide de his Liuium *lib. II.* c. 32. & *lib. III. c. 30.* Pomponium *I. II. de O. I. §. 20.* Eutrop. *lib. I. c. 2.*

Quamvis vero ordine & dignitate minor hic magistratus erat, maxima tamen, imo *summa* eius erat potestas propter potentiam multitudinis sive plebis, qua facile poterant Consulibus & toti Senatui resistere. Quæ caussa fuit, vt Cæfares quoque singuli quotannis sibi hanc potestatem adsumerent, & in publicis monumentis per annos eam numerarent v. gr. Tribunitiæ potestatis anno VIII. (TR. P. VIII.) Noluerunt enim Tribuni plebis vocari, vñ tantum appellatione *Tribunitiæ potestatis*, vti ex nummis illorum & marmoribus videre licet. Hoc autem fecerunt, vt specioso titulo potestatem & imperium in ipsos Consules & Senatum sibi vindicarent.

## VIII. de Quæstoribus.

A 5

Quæstu-

**Q**uestura primus gradus ratione ætatis apud Romanos erat, qui etiam ab adolescentibus & ante trigesimum annum peti & geri poterat. Munus Quæstorum erat pecuniam curare publicam, ærario inferre, & ubi opus erat distribuere, eiusque rei rationes atque tabulas conficere. Initio id Consules ipsi administrabant: cum vero auctius ærarium esse coepisset, ut essent, qui illi præcessent, constituti sunt Quæstores duo, qui urbani dicebantur. His additi postea duo alii Quæstores, qui Consulibus in bello adessent. Crescente republica duplicatus numerus est, & octo creati sunt Quæstores. Vide Liuum *lib. IV. c. 43.* & eiusdem epit. *lib. XV.* Sulla tandem constituit Quæstores XX, ex quibus singulis Præsidibus provinciarum Quæstor est forte additus, qui a Præside filii loco habebatur propter sortis sanctitatem: & præses colebatur a Quæstore pro patre. Vide Ciceronis *Diuin. in Verrem c. XIX.* & *lib. XIII. ep. 10.* Quid de Quæstura factum sit sub Cæsaribus, infra dicemus.

## IX. de Censoribus.

**C**ensor magistratus erat summus, & propter morum caliginationem formidabilis. Initium habuit sub Rege VI, sed tum ad hominum numerum & fortunas magis, quam ad mores referebatur. Consules qui regibus sufficiunt, aliquamdiu administrarunt: crescente autem republica nouus magistratus constitutus est, bini Censores,

sores, qui non modo numerum inirent populi & fortunarum, sed mores etiam singulorum obseruarent, in malosque animaduerterent; isque magistratus quolibet quinquennio constituebatur, & potestas etiam quinquennalis erat. Postea vi- sum fuit periculo non carere, si tam diuturna potestas penes paucos esset, ideoque Aemilia lege ad annum vel sesquennium reducta est potestas censoria. Vide Liuium lib. IV. c. VIII. & XXIV. & lib. IX. c. XXXIII. Propter morum castigationem Censores etiam dicti sunt magistri morum. Vide Ciceronem lib. III. ep. extr. Poena censoria erat, Senatorem mouere senatu, equiti adimere equum, plebeium ærarium facere priuilegiis ciuium spoliatum. Vide Ascon. Pedianum in Diuin. Cicer. Verr. p. 20. Sub Cæfaribus cessauit Censura; aliquando reducta, semel sub Augusto, iterum sub Claudio: nec vero constanter seruata, quia mali principes metuebant, ne sui etiam mores notarentur. Vide Suet. Augusto c. 37. & Claudio c. 16.

## X. de Triumviris capitalibus & monetalibus.

**C**Oniungimus hos, quia Pomponius l. II. de o. I. §. 30. coniunxit, forsan quia pari dignitate erant, utriusque autem minore. Capitales Triumviri custodiam carceris habebant, & curam suppli-

suppliciorum. Monetales rem monetariam, siue  
cudendæ pecuniæ curabant.

## SECTIO II. DE Nouis magistratibus tempore Cæsarum institutis.

**S**uetonius *de Augusto c. 38.* memorat: Quo splures artem administrandæ reipublicæ caperent, noua officia excogitauit. Ex quibus præcipua interpretaturi sumus, addituri etiam quæ Suetonius prætermisit.

### I. de Præfecto vrbi.

**S**uetonius *d. l. in nouis Augusti magistratibus* Præfecturam vrbis numerat, cuius amplissima potestas erat non tantum in orbe, sed ad centesimum etiam lapidem ab vrbe. Munia eius late describuntur toto titulo XII. ff. Nomen quidem vetus, & absentibus magistratibus vel belli vel sacrorum caussa præfectus vrbi fuit constitutus: nunc autem nouus magistratus fit, isque perpetuus, non sub conditione absentie, noua potestate dignitateque a Cæsare ornatus. De discrimine veteris & noui Præfecti lege Tacitum *lib. VI. c. 11.*

II. de

## II. de Præfecto Prætorii.

**E**Tiam hanc dignitatem Augustus Cæsar instituit, & præfectus prætorio milites Prætorianos, qui corpori Cæsaris tuendo Roma excubabant, regeret & supremam simul curam captivorum, qui per milites custodiendi erant, haberet. Duos Augustus constituit, quod deinceps ita mansit, ut alternis vicibus officium facerent. Nonnumquam vñus tantum fuit, sub Commodo tres. Constantinus quatuor constituit cum summa administrandi imperii potestate, quod in quatuor partes pro quatuor præfecturis distribuit. Ex codice I. R. id notum esse potest. Clarius exposuit Zosimus lib. II. c. 32. seq. Minor eius potestas sub Augusto erat, & ad Prætorium restrita: Sub securis Cæsaribus in immensum crevit, & vniuersæ militiæ ac reipublicæ cura penes præfendum erat Prætorii. Princeps cum crearetur, gladium ipsi dedit, quo ad illum tuendum vteretur, si bonus esset: si malus, contra illum. De quo Plinius in Paneg. c. 67. & Dionis Cassii excerpta in Traiano.

## III. de Præfecto Ærarii.

**A**Rarium erat reipublicæ, distinctum a fisco Cæsarum, etiam ab ærario militari, quod Augustus Cæsar instituerat. Nero curam ærarii ad Præfectos transtulit, quæ antea Quæstorum fuerat, quod ex Taciti lib. XIII. c. 28. & Gellii lib. XIII.

XIII. c. 24. constat. Dictum fuit id ærarium Saturni, quia in templo huius DEI securitatis causa propter religionem pecunia publica adseruabatur. Plinius lib. V. ep. XV. de Cornuto Tertullo: mihi collega in Praefectura ærarii fuit. Huius officii etiam meminit lib. X. ep. 20., vbi scribit ad Traianum: Me indulgentia vestra promovit ad Praefecturam ærarii Saturni. Idem lib. I. ep. 10. vocat maximum & molestissimum officium. & Pa-  
neg. c. CXI. officium laboriosissimum & maximum.

## IV. Differentia inter ærarium & fiscum.

**I**N libera republica ante Augustum omnis pecunia publica in ærarium inferebatur. Cum vero alia forma reipublicæ per Augustum introducta esset, & ad ornatum Cæsaris ac dignitatem (Statum vocant hodie) noui sumtus requirerentur: Augustus Cæsar ut provincias diuisit cum Senatu & populo, sic etiam nouum instituit ærarium, quod aulæ sumptus præberet, idque discriminis causa non ærarium sed fiscum appellabant, quia fiscellis olim pecunia deponebatur. Hinc diligenter auctores inter ærarium & fiscum distinguunt. Tacitus Annal. II. c. 47. Quantum ærario aut fisco pendebant, in quinquennium remisit; & Annal. VI. c. 11. bona Seiani ablata ærario, ut in fiscum cogerentur. Adde Plinii Pa-  
neg. c. 37. & 47. Ex eo tempore nouum verbum

hām ortum est confiscare, quod est in fiscum  
redigere.

## V. de Ærario militari.

**E**T hoc Augustinus Cæsar instituit, teste Dione Cassio lib. LV. quia etiam in militia quædam mutauerat, nec tam conscribi illos aut cogi volebat, quam mercede conduci, aut præmiis allici. Sex etiam millia militum præsidio vrbis destinauerat. Nouas leges ergo tulit, præcipue illam de vicesimis, puta hereditatum, ut heredes non proximi vicesimam partem huic ærario militari inferrent: quod sine ullius iniuria, etiam cetera, quæ excogitauit, augendo huic ærario, fieri poterant. Vide præter Dionem lib. LV. de vicesimis, Plinium lib. VII. ep. 14. cum nat. & Paneg.

c. 37, 39.

## VI. de Curatoribus

viarum & aluei Tiberini.

**A**ugusti Cæsaris & hoc institutum est, vt ex Suet. c. XXXVII. videre licet, ut viæ Æmiliae apud Plinium lib. V. ep. 15. quæ via ferebat Flamineam excipiens, ab Arimino Bononiam ac inde vsque Aquilejam. Erat & alia vias nominis per Etruriam & Liguriam; de qua in notis ad Plinium. Sic Appiæ, Flamineæ, Æmiliæ, aliarumque viarum curatores sæpe in antiquis inscriptionibus laudantur, quorum hoc mu-

nus

nus erat, ut viæ lapidibus stratæ per Italiam conseruarentur.

Curator aluei Tiberini itidem ab Augusto institutus, ut ripæ semper munitæ essent, nec fluvius vel urbem, vel agros & campos exundationibus, quod sæpe acciderat, vastaret. Inscriptiones, quæ Plinii epistolis præfiguntur, testantur hodieque, Plinium iuniorem aluei Tiberini & riparum curatorem suisse.

## VII. de Legato Cæsaris seu Principis.

**I**N libera republica prouinciæ Romanæ admistrabantur per Proconsules seu Proprätores. Augustus Cæsar mutauit statum, & prouincias diuisit, pacatas Senatui & populo reliquit: quibus opus erat præsidio militari & exercitii, sibi seruauit: & illæ, dictæ prouinciæ populi; hæ prouinciæ Cæsaris seu Principis. In priores missi magistratus, forma veteri, i. e. Proconsules, aut Proprätores, qui sæpe Prætores absolute nominantur. In Cæsaris prouincias autem, qui summo cum imperio & exercitu mittebantur, neque Proconsules, neque Prætores dicti sunt, sed legati Cæsaris seu Principis. Tales autem legati Principum distinguendi sunt a legatis legionum, qui in libera republica æque ac Cæsarea erant, de quibus dicemus plura in re militari. Legatus Cæsaris dicebatur etiam legatus Consularis, quia

ex

ex Consularibus viris plerumque iegebatur: Legatus autem legionis dictus quoque est legatus Prætorius, qui huic muneri plerumque prætorii viri præficiebantur. Vide de his distinctionibus Suet. *Vespaf. C. IV.* & Tacitum *Anal. II. c. 80.*; *Histor. lib. I. c. 50.* *Agric. c. 7.* Iterum *Anal. lib. IV. c. 73.* &c. & Plinium *lib. VI. ep. 31.* & *lib. VII. ep. 31.* vide notas.

## VIII. de Procuratoribus Cæsaris.

**I**N libera republica & sub Cæsaribus in prouinciis populi Quæstores dicebantur, quos in suis prouinciis Cæsares maluerunt Procuratores appellari. Curam habebant redditum & fisci. In minoribus prouinciis, vbi nullus erat Cæsaris legatus, procuratori etiam iurisdictio commissa erat, ut clare videmus in Pilati exemplo, quem Tacitus Romano more *lib. XV. c. 44.* Procuratorem Cæsaris appellat. In maioribus prouinciis vbi legatus erat Cæsaris, solos redditus & fiscum Procurator curabat. Sub posterioribus Cæsaribus dicebantur *Rationales*, qui fisco & redditibus colligendis præfecti erant. Vide Eutrop. *lib. IX. c. 9.*

## SECTIO III. De Magistratibus æui posteroris.

B

Mutan.

**M**ilitantur magistratus cum tempore, & alia cum nomina, tum officia sortiuntur. Tertio Christianorum saeculo, qui supremæ iurisdictioni in aula Cæsaris præterat, dictus est *Magister Scriniorum*, qui ferme erat, qui nostri temporis Cancellarius, cuius honoris exemplum in Vlpiano habemus apud Eutrop. lib. VIII. extr. Erant autem plura scrinia, seu vt nunc vocantur, cancellariæ, epistolarum, memoriarum, libellorum, dispositionum, de quibus videas, quæ Salmasius ad Lampridii Alexandrum Seuerum Cap. XXXI. & nos ex ipso ad Sextum Rufum Cap. XXII. notauimus. Deinde erant *Correctores Italiæ*, prouinciarum i. e. adiutores Cæsaris in prouinciis Italiæ regundis. Hinc in Codice I. in Notitia Imperii, & inscriptiōnibus antiquis Correctores Italiæ, Etruriæ, Lucaniæ, Calabriæ, Bruttiorum, rarius extra Italiam, vt Illyrici, Histriæ, & Africæ memorantur. Quid quæris? Præsides erant, quos hodie gubernatores vocamus v. gr. Tetricus ex principe talis Corrector Lucaniæ factus est, apud Eutr. lib. IX. c. 9.

Constantino M. imperante *Præfecti Prætorio* quatuor constituti sunt, quibus summa in prouinciis data est potestas. Primus erat Orientis, secundus Illyrici magni, quod omnem Dalmatiam comprehendebat: tertius erat per Italiam & Africam: quartus Galliarum, cui etiam Portugallia & Hispania suberat. & ad hosce Præfectos datæ plerumque leges sunt in Codice. Cum ergo plures prouinciarum sub uno Præfecto erant, in ceteris, quibus

bus ipsi non præsidebant, *vicarios* habebant. Sub vicariis erant minores, tamen etiam prouinciarum *rectores*, quorum alii consulares, alii Præfides, alii comites, quidam ducēs, quod militiae simul præerant, dicebantur. Cuius rei exempla plurima sunt in Notitia imperii vtriusque. Vicarius Præfecti Prætorio regebat certam dioceſin. Dioceſis autem est plurium prouinciarum administraſio. Sub vicario erant singularum prouinciarum *rectores*, qui distinguebantur pro magnitudine prouinciarum, aut arbitrio Imperatoris in consulares, correctores, comites, præfides. Atque hæc in prouinciis.

In aulam quoque noua officia, sub iisdem prope titulis, Comitum maxime, introducta. Sic lib. I. Cod. leguntur tituli de officio *Magistri officiorum*, de officio *Comitis Sacrarum largitionum*: *Comitis rerum priuatarum*: *Comitis sacri palatii*; *Comitis sacri patrimonii* &c.

## De Honoribus.

**H**Onores etiam appellationum tempore scriptrarum legum nouo modo distribuebantur. Summus titulus erat *Nobilissimus*, qui tantum Cæsaribus, quatenus distincti ab Imperatoribus Augustis erant, (ferme ut hodie Rex Germanorum ab Imperatore) & consanguineis Imperatorum tribuebatur, & his quidem ex singulari Imperatoris indulgentia. Ceteri, qui rempublicam regebant, dicti *Clarissimi*, *illustres*, *spectabiles*, *egregii*,

gū, perfectissimi; sed & hæc nomina cum discrimi-  
ne dignitatum adhibebantur.

## CAP VT II. DE MILITIA ROMANA. I. de Ducibus.

**A**Rmis partum fuit imperium Romanum: ar-  
mis etiam conseruatum, nec vero his solis  
sed mores etiam & leges, & æquitas administrati-  
onis, & litterarum studia, in devictis gentibus ex-  
citata multum ad conseruationem attulerunt. O-  
riginem habet Romana militia a Regibus, Tullo  
Hostilio & Tarquinio Prisco: sub Consulibus in  
maiis excreuit, & ordinatior etiam facta est. Tum  
regebat exercitum Consules, & si pluribus locis  
pugnandum esset, Prætoribus etiam summum im-  
perium commissum fuit: ex quo omnes summi  
duces *Pretores* appellati aliquamdiu: appellationis  
autem reliquæ manerunt perpetuo in cohorte  
Prætoria, naue Prætoria, & Prætorianis Cæsarum  
militibus. In magnis periculis *Dicitator* exercitum  
regebat, cui subordinatus *Magister equitum*, qui e-  
quitatu præfectus erat. Diuidebantur Rectores  
in *Summum Duce* & *Duces* alios, qui *Legati* dice-  
bantur, pro numero legionum assunti; vnde et-  
iam legati legionum postea appellati sunt. Postea  
erant *Tribuni militum*, ferme eius dignitatis, qua  
pollent

pollent hodie, qui *Obristen* vocantur; sub his *Centuriones*, & primus ex illis dictus est *Primipilus*, siue qui primum pilum ducit, maiore & potestate & honore praeditus, quam ceteri Centuriones. Minores qui erant in Centuria, *ductores* tantum *ordinum* dicebantur, qualis in decuria erat decanus. *Imperator* autem non statim summus Dux dicebatur, sed post victoriam salutatus ita ab exercitu. Finito bello & triumpho cessabat titulus, ut etiam aliis bellis nouis acquiri posset. Hinc legimus saepe: Iterum Imperator, sexies Imperator, & vicies de Augusto in inscriptione.

## II. de Legionibus.

**L**egiones robur erant exercituum Romano-rum. Nomen habent a legendō i. e. eligendo milites ex iuuentute Romana, cum Latini populi & Itali nollet quondam milites dare. Historia est apud Liuium lib. VII. c. 25. Eutrop. lib. II. c. 3. Tum legio constabat quatuor millibus & ducentis, in quibus soli ducenti equites erant. Vide Liuium c. 4. & lib. XXVIII. c. 28. Bello Punico autem secundo auctus numerus, ut quinque milia peditum, trecenti equites essent. Tandem etiam sex millia adsumta sunt in legionem, praesertim a C. Mario: nec tamen vñquam certus numerus fuit, sed sub Cæsaribus nunc maiores, nunc minores legiones, pro ratione temporum aut imperantium arbitrio. Cum vero augeretur aut minueretur legio, per id numerus partium non

B 3

muta-

mutatus fuit, sed quod Gellius lib. XVI. c. 4. ex veteri auctore dicit, semper obseruatum fuit, vt in Legione essent decem cohortes, triginta manipuli, sexaginta centuriæ. In numerosiore legione cohortes etiam & centuriæ erant pleniores: secus autem res se habebat, si intra quatuor milia militum constaret legio: tum quidem centuria dicebatur, non autem centenarium numerum attingebat: Sic etiam *cohors* nunc maior nunc minor fuit, vt tamen plerumque censeatur quingentorum hominum. *Manipulus* duas centurias continebat, sed cessavit postea nomen, vnde raro significatio-  
nis eius est mentio. *Contubernium* autem de-  
cem militum posteriore tempore manipuli dice-  
bantur, vt est apud Vegetum lib. II. c. 13.

Legiones quod plures erant in imperio Roma-  
no, per numeros distinguebantur, vt essent pri-  
ma, secunda, octaua, decima quarta, vigesima  
&c. Vnde milites harum legionum Primani, Se-  
cundani, Vicesimani apud Tacitum aliosque di-  
cuntur. Erant etiam quibusdam certa virtutis  
cognomina, vt dicerentur Victrices, Adiutrices,  
Geminæ, fulminatrix; aut a loco, cui præsidio  
fuerant, vt Melitene, Germaniciana &c. cogno-  
minabantur.

### III. de Equestri militia.

**E**questris militia in turmas diuidebatur & in  
Legione erant turmæ decem: vnde si tre-  
centi erant in legione equites, turma triginta e-  
quitee

quites continebat; sin pauciores erant equites,  
minores etiam turmæ erant.

## IV. de armis.

**A**rma alia *leuia* erant militum velitum, quæ  
inde *velitaria* etiam dicuntur, ut sagittæ e-  
rant, & misilia tenuiora. Alia erant *grauiæ*, in  
quibus præcipuum *Pilum* fuit, proprium telum  
legionarii militis, quo late patens vulnus inflige-  
batur. Hasta pilum erat quatuor & dimidiæ cu-  
bitorum, Lignum tres cubitos habebat; ferrum  
totidem, sed dimidia parte ligno adnexa. Sum-  
mitas acuta ita erat, ut etiam esset quadrangula,  
ut ex Liui lib. XXI. c. 8. apparet. De vulneri-  
bus pilo factis vide Florum *bello I. Maced.* Iacie-  
bant pila ita, ut amento i. e. loro adnexo retrahere ad se possent.

Armis etiam tegumenta corporis iungenda  
sunt, de quibus erant primo *lorica*, ac loris dicta,  
quia his olim complicatis fiebat, quia thoracem  
tegebat, *thorax* etiam dicebatur. Postea ex la-  
mina fiebat, cuius generis, quæ totum corpus  
congeabant, clibanari dicebantur, & milites, his  
armati, *clibanarii*, & *cataphracti*, quæ vero barba-  
rorum potius orientalium, quam Romanorum  
armatura erat. Loricæ etiam ex lana compactæ  
& stipata fiebant, leuitatis cauissa, aut ex crasso  
corio, vide Nepotem in *Iphicrate c. 1.* Suetonium  
*Galba, c. XIX.* Ænæ si loricæ essent, pierumque  
fuerunt squameæ i. e. hamulis inter se nexæ, agi-

B 4

lita-

litatis caufa. Tales a Virgilio describuntur lib. V.  
Æn. v. 249. lib. XI. v. 487.

## V. de Signis militaribus.

**S**igno opus est militibus in itinere & in præliis, quod adspiciant, quod sequantur. Præcipuum ex his erat *Aquila* argentea, hastæ præfixa, signum integræ legionis, figuram in pluribus nummis expressam videmus. *Vexillum* erat cohortium; & cohortis *Prætoriæ* vexillum cum proponebatur in castris, insigne erat, ad arma concurrendum esse, quod ex Cæsaris lib. II. B. G. c. 20. & lib. III. de B. C. cap. 89. constare potest. Posteriori æuo seu Constantinorum temporibus etiam *Læborum* dictum fuit signum, cuius apud Christianos veteres Scriptores multa mentio est.

## VI. de Machinis poliorceticis.

**M**achinæ sunt tormenta, quibus in oppugnationibus urbium vtebantur. Tales erant aries, catapulta, ballista, helepolis, turris rotata, & vinea. *Aries* fuit trabs longa, ferro grandi præfixa, quod olim figuram capitis arietini habebat: vnde nomen. postea simpliciter tantum acutum fuit. Hoc a militibus cum impetu agitato, muros perforabant. *Ballista* machina erat, qua trabes ferratae, vt tela arcu excutiebantur. *Catapulta* iaciebat molares lapides, sicuti funda minores.

nores. *Helepolis* posteriori æuo inuenta fuit, cuius structuram descripsit Ammianus in Iuliani expeditione. *Turris rotata* ex lignis contabulationibus constabat, vt altitudinem muri æquaret vel superaret. rotis imponebatur, vt facilius ad muros admoveri posset. Si quid proximum accessum impediret, ponticulus superiori parti adjunctus in murum demittebatur. *Musculus* & *vinea* erant machinæ, quibus milites urbem oppugnantes tegebantur. *Pluteus* asperes erant, quibus milites a latere vel fronte etiam a telis hostium defenserentur.

Corona supereft & circumuallatio, quibus vrbes olim capiebantur. vtriusque exempla apud Cæsarem sunt in Comment. B. G. *Corona* erant milites circum urbem constituti ita, vt vir quasi virum tangeret, vt nihil ingredi, nihil egredi invitatis oppugnatoribus posset. Quod vero eruptions timendæ erant, coronam non simplicem, sed duplcam, vt vna subsidio alteri effet; saepius etiam triplicem faciebant. Id dicunt historici, urbem corona capi: quod plerumque fiebat in tumultuaria & festinata oppugnatione. *Circumuallatione* vallum circa urbem ergebatur, quod distinctum multis turribus & castellis erat, defensionis causia.

*Testudo* etiam adhuc supereft, h. e. clypei, ita inter se iuncti supra capita militum, vt tuta a telis hostium succedere ad murum seu portam possent; cuius pasim exempla in historia Romana sunt, etiam apud Curtium imitatione Romano-rum.

De his singulis præclare & accurate I. Lipsius  
in Poliorceticis, & de Militia Romana.

## VII. de Militia nauali.

**N**AUALIS militia vim maximam in rostris habebat, quæ ex ferro constabant, olim adunca instar rostri auium, vnde nomen hæsit; postea directa erant; & plerumque trisulca, instar tridentis. Hoc ferrum magni ponderis præfixum prora erat, ex parte inferiore: vnde si nauis remigio agitaretur, in hostilem nauem perforari poterat & deprimi. Nauibus vtebantur veteres minoribus agilitatis cauffa: sed quod magnitudini deerat, multitudine supplebatur. Sic legimus bello Punico I. utramque Rempublicam Romanam & Carthaginensem classem habuisse singulas nauium trecentarum, quadringentarum & plurium. Naves hæ bellicæ dicebantur rostratae, quibus addebatur aliae onerariae. Naves Liburnæ ex parte tectæ erant, a Liburnis, populo Illyriæ, qui inuenierant, ita dictæ. Remis vero vtebantur veteres plerumque, quia his opus est in mari mediterraneo, in quo sèpe malacia seu quietes ventorum suboritur. Romani autem & Graeci plerumque in mediterraneo mari nauigabant, raro ingressi sunt Oceanum. Nauis, quæ ducem ferebat, dicta fuit prætoria. Milites nauales distincti a remigibus, dicebantur classiarii.

## VIII. de

## VIII. de Præmiis militiæ.

**P**ræmia vel militum erant ob rem bene gestam, vel summorum ducum. Militum, etiam illorum, qui ordines ducebant, erant coronæ & Hasta pura. *Coronæ* erant, ut Gellius lib. V. c. 6. describit, primo *Ciuica*, ex quernis ramis facta, quæ dabatur militi, qui ciuem in proelio servauerat. Multa huius coronæ exempla innumbris veteribus sunt: etiam Iulius Cæsar adolescentis tali ornatus legitur apud Suetonium c. II. *Obsidionalis* corona dabatur ei, qui urbem obsidione liberauerat vel castra. Adde eumdem Gellium lib. II. c. ii. Plinii lib. XXII. c. 53. *Muralis* corona data ei, qui primus murum hostilem escendisset. Exempla sunt apud Liuium lib. X. c. 46. & lib. XXVI. cap. 48.

*Castrensis* corona, quæ etiam *Vallaris* dicitur, data ei fuit, qui primus in castra hostium irrupisset. Vide Liuium d. lib. X. c. 46. Valerium Maximum lib. I. exempl. VI. Liuium lib. XXX. cap. 28. *Rostrata* seu *Naualis* denique corona dabatur illi, qui primus nauali proelio in hostilem nauem transficerat, quem Agrippæ, Duci suo Augustus apud Dionem lib. XLIX. dedit, cum Sextum Pompeium in mari Siculo viciisset. Dicta etiam fuit Rostrata corona a rostris nauium, apud Plinium lib. XVI. c. 4.

## IX. de Triumpho & qua-

tione.

Maxi.

**M**aximum præmiorum, quo duces victores  
Mornabantur, erat triumphus a Senatu decre-  
tus, vbi victor cum suis extra urbem cum Pro-  
consulari potestate manebat (Latini dicunt *ad ur-  
bem esse*) vsque ad statutum triumphi diem, quo  
præeunte *Senatu* triumphalem portam ingressus,  
vectusque curru, quem quatuor albi equi trahe-  
bant (cuius formam in nummis videmus) ascendit  
in Capitolium, vbi sacris factis in templo Iouis  
Capitolini publicæ epulæ per ciuitatem daban-  
tur. Si victoria tam illustris non erat, nec tan-  
tus numerus cæsorum erat hostium, quantus ad  
triumphum requirebatur, tum *Ouatio* tantum,  
quasi minor triumphus, decreta fuit: in qua id  
differentiæ erat, quod triumphantes curru vehe-  
bantur, ouantes autem equo, aut pedibus ibant.  
Exempla sunt apud Velleium *lib. II. cap. 96. extr.* &  
*s. 122.*

Ante triumphalem currum fercula prædarum  
præferebantur, etiam imagines piæ captarum  
urbium & regionum. Vide Florum in triumpho  
Cæsaris *cap. vlt. lib. IV.* Proxime ante currum  
ibant captiui reges, duces, principes, manibus a  
tergo ligatis, qui si peius de Romanis meriti fu-  
issent, antequam in cliuum capitolinum veni-  
rent, in Tusculanum carcerem abducti strangula-  
bantur.

## X. de Supplicatione.

**T**riumpho adiungitur supplicatio, quæ etiam  
post victoriæ decernebatur, Catonis iu-  
dicio

dicio ad Ciceronem *lib. XV. ep. 15.* vel ipso triumpho clarior. Duplicis autem generis supplicationes erant, tristes pro auertendis malis prodigiis apud Liuum *lib. X. c. 23. lib. XXV, c. 7. lib. XLII. c. 1.* Haec erant ferme, ut illi dies, quos *Bustage* appellamus. His opponitur alterum genus supplicationum, quo pro victoria, aut republica conseruata gratiae diis per unum aut plures dies agebantur, & si solenniores essent ad omnia puluinaria, h. e. in omnibus templis, quorum pars erant puluinaria, quibus simulacra deorum imponebantur. *Dancē Feste.* Quae victoris nomine decernebantur. Vide Ciceronem *Orat. III. Catil. c. 6.* Cælum ad Ciceronem *lib. VIII. ep. 11.* Catonem ad eundem *lib. XV. ep. 5.* Diximus pro magnitudine victoriæ vel unum, vel plures fuisse. Vide Liuum *lib. V. c. 23.* & de maximo dierum numero pro sæculi luxurie Cæsarem *lib. II. R. G. extr.* ubi per XV. dies; & *lib. IV. extr.* ubi ad XX. dies supplicatio decreta legitur.

## CAPUT III. DE CIVITATE ROMANA.

**I**us ciuitatis Romanæ fuisse maximæ & amplissimæ dignitatis, tam ex sacra Pauli Apostoli, qui bis ad illud prouocauit, tanquam ciuiis, quam ex profana historia luculentum est. Sub regibus non quidem optimo iure ciues vtebantur,  
ad-

adscitis in ciuitatem quibusque peregrinis, etiam hostibus delictis: Vide Ciceronem *pro Balbo c. XIII.* Nec tamen carierunt ciues tam aliis iuribus, ut consultandi, Sacerdotia capiendi. Exactis regibus aucta ciuium dignitas, & breui post ampliati honores, plebeio magistratu inducto. Creuit autem Romana ciuitas receptis peregrinis, quod insolens apud Græcos erat; quod maxime factum post captam a Gallis urbem. Aetum quidem aliquoties de peregrinis reiiciendis, sed Cicero *lib. III. off.* inhumanum dixit. Nec peregrinis modo, sed seruis etiam bene meritis, aliquando ciuitas & libertas simul data fuit, vid. Cic. *pro Balbo c. IX.*

Ciuitas Romana adimi non poterat, nisi qui sponte desereret, vt in aliam recipetur. Vide Cic. *pro Cæcina c. XXXIV. Pro domo c. XXX.* Nec exili poena adempta ciuitas, nec interdictio ignis & aquæ, quod ex eodem Ciceronis loco pro Domo patet. nisi exul ciuis scriberetur, vbi exulabat. Non enim poterat aliquis Romæ & alibi simul ciuis esse, quod exemplo Attici apud Nepotem constat, propterea oblatam sibi ab Atheniensibus ciuitatem recusantis. Amittebatur autem ciuitas, si quis ad ultimum supplicium damnatus esset, siue in metallis, aut in insulam deportatus, vide *I. VI. ff. de Interdictis & relegatis.* Extra poenas autem inuito ciuitas adimi non poterat. Vide Cic. *pro Cæcina c. XXXIII. sequ.*

Grauissima exili poena in libera republica erat interdictio ignis & aquæ, sed illis plerumque ciuitas

vitas seruata, ut ex Cic. *pro Domo cap. XXX.* constat: licet de sua ætate Pomponius Iureconsul-  
tus *I. XVII. ff. de legationibus*, aliter sentiat. Sub  
Cæsaribus deportatio in insulam grauissima ex-  
ili species erat, quæ ciuitatem adimebat. Vide  
*Vlpianum lib. VI. ff. de Interdictis & relegatis & de-  
portatis*: etiam bona & fortunas, ut ibidem *lib.  
XIV.* Vlpianus censet, & deportationem a relega-  
tione distinguit. Ut breuiter dicamus, ciuitas  
Romana tripliciter amittebatur, I. exilio grauiore  
seu deportatione, de qua iam dictum: II. post-  
liminio, quando qui ciuis Romanus factus erat,  
in pristina patria rursus erat ciuis scriptus: cau-  
sa supra dicta, quia Romana ciuitas aliam iuxta se  
ferre non poterat. III. reiectione, qui sponte  
in coloniam Latinam proficisebatur. Vid. Cic.  
*pro Balbo c. XII. pro Cæcina c. XXXIII.* Excipien-  
di hic sunt municipes Italæ, quorum duplex pa-  
tria erat, altera loci, in qua nati, cuius iura sem-  
per retinebant: altera iuris, i. e. Roma, in cu-  
ius ciuitatem transcripti erant. Prior in legibus  
etiam origo vocatur, & originalis patria. Vide  
*I. XXII. ff. Ad municipalem &c.* Ut ergo, quæ in  
legibus dicuntur, recte intelligentur, distinguenda  
sunt ius ciuitatis Romanæ, ius Quiritium, ius  
Latii vel Latinorum, & ius Italicum: etiam ius  
Municipiorum & coloniarum.

De *iure ciuitatis*, quod simpliciter ciuitatem  
appellant scriptores, supra dictum est. Eximi-  
um sane, quod tum in aliis priuilegiis, tum ma-  
xime in verberum & necis remotione, lege Cor-  
nelia

nelia & Portia consistebat, vt de iure testamenti, connubii, hereditatis, & potestatis patriæ taceamus.

De iure *Quiritium* & *Latii* controvuersia est inter eruditos, de qua ad epist. Plinii IV. lib. XIV. qui etiam iuris Quiritium meminit ep. VI. & iuris Latinorum ep. CV. Ius Quiritium quibusdam est ipsum ius Latii, aliis idem, quod ius ciuitatis: sed præferenda illorum sententia, qui ab utroque distinguunt, ex laudatis Plinii epistolis persuasi, maius, quam ius Latii, minus, quam ius ciuitatis.

Sic etiam municipia distinguebantur a Coloniis. Municipia quidem post bellum Italicum, ius ciuitatis impetraverant certa conditione, vt possent honores petere seu capere munera in republica, vnde nomen ipsis hætit: leges vero suas & statuta vetera retinebant. Erat autem duplices ordinis, cum suffragio, & sine illo, vti ex Gellii lib. XVI. c. XIII. apparet: In iure vero Romano & æqualibus libris sœpe municipia vocantur quævis ciuitates.

Coloniæ itidem duplices erant vel *Latine*, vt Bononia apud Liuium lib. XXXVII. c. 57. vel *ciuum Rom.* Liv. lib. XXXIX. c. 55. Initio ius ciuitatis erat penes solam urbem Romam: indignabantur Latini, indignabantur omnes Itali, quod bellum pro Romanis faciant, nec tamen æqualibus vtanturn priuilegiis. Vnde multæ seditiones, quas Florus describit lib. III.; tandem etiam bellum grauissimum, quod Sociale, Italicum & Marficum

cum appellatur, de quo legendi sunt Florus *lib. III. c. 18.* & Eutrop. *lib. V. c. 2.* quo Itali, defici-  
entes ab vrbe Romana tandem post mutuas cla-  
des in hoc conuenerunt, ut qui arma ponerent,  
ius ciuitatis obtinerent. A quo tempore, cum  
iam ante Latio lege Iulia (Lucii Iulii Cæsaris)  
ciuitas data esset, teste Cicerone *pro Balbo c. XXI.*  
toti Italæ ciuitas concessa fuit, cessavitque hinc,  
quod toties in Liuio & apud Sallustium legitur,  
*ciues Latini nominis & Socii.*

Lege Plotia etiam peregrinis, qui in vrbe qua-  
dam Italica ciues scripti fuerant, ius ciuitatis Ro-  
manæ certis conditionibus datum, quod ex Ci-  
cerone *pro Archia c. VII* constat. Hinc i. e. a  
bello Italico potiores vrbes Italæ municipia Ita-  
liæ appellatae sunt, quia munera seu honores in  
vrbe Romana poterant capere.

Migravit etiam ciuitas in prouincias successu  
temporis. Gallæ Cisalpinæ, præsertim Cispadaniæ (nam Gallia Italica in prouinciis censeba-  
tur usque ad Augusti tempora) data ciuitas post  
Italiam, teste Strabone *libro V. ineunte:* Transpa-  
danæ primo datum ius Latii. Iulius autem Cæ-  
sar addidit ciuitatem. Vide Dionem Cassium *lib. XLII.* Asconium *in Pisonianam.* Hinc Gallia illa  
Cisalpina a vestitu Romano dicta fuit Togata.

A Iulii Cæsaris temporibus ius ciuitatis Roma-  
næ etiam prouincialibus dari coëptum est, Gallis  
præsertim, Hispanis & aliis, nec vero integris  
prouinciis, sed singulis hominibus aut oppidis de  
Cæsare bene merentibus. Vide Sueton. *c. XLII.*

C

Plura

Piura ex inscriptionibus de Hispanorum municipiis adferri possunt. Sic usque ad Antoninorum tempora ciuitas pluribus in diuersis prouinciis fuit concessa, quibusdam tantum ius Italiæ, ut apparet ex *t. de Censibus XV. lib. L. ff.*

Tandem ut *l. XVII. ff. de statu hominum Vlpianus: In Orbe*, inquit, *Romano qui sunt, ex constitutione Antonini ciues Romani effecti sunt.* Disputari solet, quis ille Antoninus fuerit: quidam Pium intelligunt, alii Marcum; sed verior sententia, esse Antoninum Caracallam, quia hæc constitutio non ut beneficium lata est, sed ut fiscus augeretur, & pater ipsius Seuerus dicitur apud Spartianum *Cap. I.* natus ante ciuitatem omnibus datam.

Nihilominus post Caracallam etiam memorantur nonnumquam in prouinciis mansisse iuris Italici, quod arguit, vel mutatam fuisse Caracalla constitutionem, vel a quibusdam non acceptum illud Antonini priuilegium, contentis veteri, quo vtebantur, iure Italiæ, quod immunitatem dabat, suffragia negabat & honores in vrbe capiendas.

Sæpe mentio fit *Proletariorum & capite censorum*, qui quidem ciues erant, sine tamen iure suffragiorum & sine spe honorum adipiscendorum. Hi vero cetera Quiritium iura habebant, connubii, testamenti, patriæ potestatis, & cetera.

CAPVT

CAPVT IV.  
DE  
IVDICIIS ROMA-  
NORVM.

**I**udicia antiquitus penes reges erant: & his expulsis primi quoque Consules exercebant. Post crescente republica, cum Consules omnibus negotiis non sufficerent, duo Prætores sunt creati, qui priuatarum rerum iudiciis præcessent, Consules autem curarent publica. Prætorum alius erat *urbanus* seu *vrbis*, alter *peregrinus*: ille inter ciues & ciues ius dicebat; hic inter peregrinos & ciues, aut peregrinos solos, Romano tamen imperio subiectos. Plures postmodum Prætores creati, sed prouinciarum, qui pro Consulibus in prouinciis ius dicerent. Circa Sullana tempora auctæ sunt quæstiones, & ob id prætorum etiam numerus auctus, qui in vrbe manerent, vt tamen vnuis præcipue Prætor *vrbis* seu *urbanus* vocaretur: de quo multiplicato numero Cic. *pro Murena & III. Catil.* consuli potest. *Prætor* erat præses iudicij; assessores eius dicebantur *indices*, quorum magnus erat numerus, præsertim in *Centumvirali iudicio*, quod ita a numero rotundo vocabatur: quamuis centum quinque ordinario modo, Festo Auctoře, sâpe plures essent, de qua re ad Plinii lib. I. ep. V. plura diximus.

Non autem erant iudices perpetui, sed sorte  
C 2 lege-

legebantur ad certam aliquam caussam, ne pars litigantium posset suspectos habere. Hinc Cicero *pro Milone c. XVI.* *Quos mibi diuina quædam, fors dedit indices.* Idem etiam iure iurando adstriciti erant ad sincere iudicandum. Meminit iuriisurandi eius Cicero *pro Roscio Amer. cap. III.* & Asconius *in proem. Verrin.* Iurabant in leges iudices, ut obstricti religioni iudicarent. Eodem loco agit etiam de sortitione iudicum & subsortione, si quidam fuissent a reo aut accusatore reiecti.

Iudices pro temporum diuersitate ex diuersis ordinibus lecti. Caius Gracchus, de quo Florus *lib. III. cap. 15.* iudicia equitibus dederat. Sulla solis senatoribus. Post decem annos Aurelius Cotta legem tulit, ut Senatores & Equites Romani, ac Tribuni ærarii (hi plebem repræsentabant) simul iudicarent, atque iudicium conflarent ex omnibus tribus ordinibus. Vide Ascon. *in Diuinat. Verr.* Atque ita mansit per Ciceronis tempora, quod ex Miloniana eius *cap. II.* & ex *lib. II. ad Quintum Fr. ep. 8. sub finem* constat. *Senatorum,* inquit, *vrna copiose absolvit: equitum adequareuit: Tribuni ærarii condemnarunt.* Ex quibus simul videmus, non promiscuos, sed singulos ordines separatim in iudicio sedisse.

Sententiæ iudicum a quolibet in tabella scribabantur paucis litteris, in quibus A absolutionis nota erat, C condemnationis: si autem caussa nondum esset liquida, scribebant N L i. e. Non Liquet: quæ nota ampliationis dicebatur. Vid. Ascon.

Ascon. *in Verr.* de Prætura urbana. De vina paullo ante ex Cicerone diximus. Et hæc de iudicibus.

Locus iudiciorum erat forum, ut omnes possent audire, quæ iudicarentur. *Centumuiralia iudicia*, quæ caussas minoris momenti, ut testamenterum, hereditatum &c. habebant, ut ex Cic. lib. I. *de Oratore* constat; & quadrupliciter diuisa erant: Eorum locus erat basilica, ut notis ad Plinii lib. I. ep. XVIII. probauimus. Adde dicta *ad lib. I. ep. V.* Vix autem dubium, quin basilica illa Iulia in foro fuerit. Hinc actiones & caussæ forenses appellantur. Erant præterea iudicia, quæ in Senatu agebantur, grauiora scilicet & publica prouinciarum, quando Proconsules aut Proprætores a prouinciis, quas male rexerant, accusabantur. Vid. Plin. lib. II. ep. 11. & lib. III. ep. 9. & in his posteriore tempore saepe Cæsares præsidiabant. Etiam alia interdum iudicia Cæsares ad se in aulam traxerunt. Vid. Plin. lib. VI. ep. 31.

Prætor vrbanus, qui iudiciis ordinariis in foro habitis præerat, initium muneric sui in albo scripta edicta proponebat, supplendi iuris ciuilis caussa, secundum quæ edicta ius per annum suum dicturus esset. Addidit etiam certas formulas, quibus diebus, & qua ratione ac modo a partibus etiam obseruando ius esset dicturus. Hinc quicquid iusfit prætor, *edictum* postea vocabatur; & frequens in iure vox, *Prætor edicit.* Si Prætor edictum antecessoris retinebat, vocabatur,

*edictum tralatitium.* Tandem Hadriani tempore Saluius Julianus Iurecons. composuit *edictum perpetuum*, quod prætores obseruarent, nec mutarent *edicta* annis singulis. Perpetui illius *edicti* fragmenta supersunt satis copiosa, a diuersis *edita*, ex quibus fragmentis intelligimus, qualia fuerint *edicta* prætorum. De auctore *edicti* perpetui vide Eutrop. lib. VIII. c. 9.

## I. De Accusatore & Reo.

**A**ccusator in una causa non semper unus erat, sed poterant plures esse: contra reo etiam permisum plures adhibere defensores, ut vero singuli singulas habefent orationes: quod maxime in grauioribus causis, præfertim iis, quæ in Senatu agebantur, ut ex Plinii lib. II. ep. 11. apparet. Præscriptum tempus erat, quot horis vteretur ad dicendum, ideoque clepsydra adhibita in iudicio, quæ tempus definiret. Vide Plin. lib. I. ep. 23. & lib. VI. ep. 5. Hi accusatores & defensores dicebantur *Causidici*, *Patroni causarum*, & si illustriores essent, *Oratores*, non autem *advocati*, qui amici erant reorum, rogati, ut reis in iudicio tantum præsentia sua adessent, quorum gratia iudices mouerentur. *Aduocationes* autem erant mora & tempus, quod a iudice petebant, dum amicos aduocarent. Vide, quæ ad Cicer. ep. 11. lib. VII. notaimus. Postea cum ex aduocatis talibus

libus quidam etiam defenderent reum, factum, vt aduocatorum nomen etiam cauſſidicis tribueretur, quod Vlpianus tradit *l. i. §. 10. ff. de extraordinariis cognitionibus.*

*Rei* sunt accusati, qui non modo de cauſſidicis & defensoribus solliciti erant, & amicos advocabant, verum etiam laudatores quererentur. De laudatione reorum vide quæ ad Cic. lib. I. ep. 9. §. 8. & 13. notauiimus. Adde Ascon. pro Scauro sub fin. *Laudauerunt*, inquit, *Scaurum consulares novem, horum magnus numerus per tabulas laudauerunt, qui aberant.* Habitus reorum erat squalidus, adiunctis lacrimis, vt iudices ad misericordiam mouerent. vid. Cic. post Reditum ad Quirites cap. III. vbi sordium & squaloris multa est mentio. Adde pro Ligario cap. XI. vbi mutatio vestis memoratur. Adiungi potest Gellius lib. III. c. 4.

## II. De Legibus.

**M**agna amplitudo vocabuli legis est, & Latinis auctoribus varia significat. Proprie dicta lex, vt Ateius Capito apud Gellium lib. X. c. 20. est, generale iussum populi aut plebis rogante magistratu. Dum dicit *generale*, vult omnes lege obligari debere. Atque ita lex Manilia, quam Cicero oratione defendit, proprie lex non erat, sed potius priuilegium, quia de uno Pompeio agebat. Dum addit *rogante magistratu*, consen-

C 4

sum

sum ordinum requirit, quia nec Consul, neque  
alius magistratus poterat legem ferre insidente  
ac inuitio populo. Magistratus ergo, Consules,  
Tribuni, quod legis habere vim volebant, retu-  
lerunt ad populum, interrogantes, an velint, iu-  
beant hoc ita fieri. Hinc leges dictæ *rogatio-  
nes*, i. e. interrogationes populi, de quibus Gellius  
*d. l. consulatur.*

Nata exinde est distinctio inter legem propri-  
am, quæ ad ius ciuale referenda est, & inter im-  
propriam, de singulorum honore vel iuribus: i-  
tem inter legem & Senatus consultum, & plebi-  
scitum, etiam populiscitum, quod nomen apud  
Nepotem in Alcibiade & Epaminonda occurrit.

*Senatusconsultum* decretum erat a Senatu fa-  
ctum, plerumque in publica caussa, cum leges  
propriæ agant de caassis priuatorum. Duplex  
modus faciendi *Senatusconsultum*: præcipuus  
per discesionem, qua in diuersas sententias ibant  
senatores: vide *Hirtium lib. VIII. de B. G. c. 52.* &  
quæ ibi notauiimus. Alter modus, sed minus  
frequens, exquirendis sententiis siebat, vbi con-  
sul ab illustrioribus sententiam, quid fieri vellent,  
exigebat. Cum *Senatus consultum* scriberetur,  
quod plerumque vnius hominis honorem respici-  
ebat, amici & fautores illius si senatores essent,  
aut quicunque volebant ex *Senatu*, scribendo ad-  
erant, eorumque nomina ipsi *Senatus consulto*  
inferebantur. Exempla habes in *Cælii epistola  
ad Ciceronem lib. VIII. ep. 8.* Adde *lib. XV. ep. 6. Ci-  
cero-*

ceronis ad Catonem, in fine. Quod autem de iis plebs non rogabatur, proprie loquendo leges non erant; certo modo autem vim legis habuerunt. Distinguuntur in iure secundum auctorum nomina, qui primi de re vel argumento ad Senatum retulerunt. Hinc in Digestis memorantur Senatusconsulta Tertullianum, Trebellianum, Macedonianum, Sillanianum & Claudianum, Turpilianum, Velleianum, cetera.

**Plebiscitum.** Scitum est aliquod statutum: inde plebiscita, ut Pompeius Festus definit, appellantur ea, quæ plebs suo suffragio sine patribus ius sit, plebeio magistratu rogante. Gellius lib. XV. c. 27. ex Lælio Felice hæc allegat; *Ne leges quidem proprie, sed plebiscita appellantur, que Tribunis plebis ferentibus accepta sunt: quibus rogationibus Patriciæ ante non tenebantur, donec Q. Hortensius dictator eam legem tulit, ut eo iure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur.* Vide plura l. II. §. 8. ff. de O. I. & legis, vbi occasio plebiscitorum explicatur, & legis Hortensiæ simul fit mentio, & caussa cur tradita sit, adiicitur hisce verbis: *Quia multe discordie nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea obseruari lege Hortensia.* Et ita factum est, ut inter plebiscita & legem species constituendi interessent potestas autem eadem esset. Hinc vis obligandi universum populum etiam plebiscitis data. Quod vero ante legem Hortensiæ plebiscita Patricios non obligarent, nec pro lege haberentur, hoc exinde fuit, quia insciente aut inuitu Senatu fuerant

rant facta. Ad legem autem propriam requirebatur, ut quamlibet a Tribuno, plebeio magistratu, rogata esset, Senatui tamen etiam, antequam confirmaretur, ut consensum daret, proponi & exhiberi deberet.

*Populiscitum* in se plus est, quam plebiscitum, quod vix differt a lege propria, quia populus omnes tres ordines comprehendit. Plebs autem ordo unus est; saltem Senatorium excludit.

*Rogationes* saepe pro legibus ponuntur apud Ciceronem & Gellium lib. X. c. 20. Ratio haec est, quia olim leges magistratu rogante ferebantur, an plebs aut populus, velit, iubeat, hoc vel illud ita fieri. Causa erat, quia in libera republika summa potestas magis apud populum, quam apud Senatum fuit. Postea autem sub Cæsariis mutata legum ferendarum consuetudo, principibus summam potestatem a populo ad se reuocantibus. Hinc pleraque leges in Digestis & in Codice ab Imperatoribus dicuntur latæ sine mentione populi, cuius iam potestas expirauerat.

## I. de Legibus liberæ reipublicæ

aut

non longe post mutatam  
republicam latiſ.

Regum

**R**egum leges erant imperfectæ; ideoque **S**enatus Solonis leges petiit ab Atheniensibus, quæ ad Statum Romanum reformatæ a **Xviris** **X**tabulis conscribebantur pro numero **Xvirorum**. Sequenti anno quæ deesse videbantur, suppleta sunt tabulis duabus, ut XII. fierent, qui fons est iuriis Romani, quo hodieque utimur. Vide *Liuum lib. III. c. 34.* XII tabularum sola fragmenta super sunt. Crescente republica, creuerunt etiam delicta & quæstiones: Inde nouæ leges latæ, quia ex XII tabulis non omnes casus poterant dijudicari. Ex his potissimum memoramus, quæ partim apud Ciceronem occurrunt, partim in ipsis Digestis siue Pandectis. Pleraque harum ab auctoribus dominantur: quædam a materia: v. gr. lex Acilia, repetundarum: *Emilia*, sumptuaria: *Appuleia* de maiestate; alia eiusdem frumentaria: *Aurelia*, iudiciaria: *Calpurinia*, de ambitu, & alia repetundarum. *Cassia*, agraria; alia de damnatis; *Cincia*, muneralis seu de donis & muneribus. *Clodia*, frumentaria. *Iulia* de Sicariis. *Papia* de peregrinis. *Plotia* de vi. *Porcia* & *Sempronia*, pro tergo & vita ciuium. *Roscia*, theatalis: *Scantinia* contra impudicos &c. In Pandectis memorantur *Aquila* de danno, iniuria: *Cornelia* de falsis; alia de Sicariis: *Falcidia*, testamentaria: *Fabia* de Plagiariis; alia de Sicariis. *Iulia* leges multæ sunt, repetundarum, maiestatis, peculatus, annonæ, ambitus, de vi publica, de vi priuata. *Pompeia* de parricidis. *Papia*

Papia Popœa, quæ præmia parentibus ob multitudinem liberorum constituit: Mentio eius apud Tacitum, Suetonium, Dionem: adde quæ notauiimus ad Plinii lib. VII. ep. 16. Voconia de hereditatibus seminarum. Vide Plin. Paneg. c. XLII.

Quædam leges, quamuis auctores non ignoti essent, a materia denominabantur. Tales sunt leges agrariæ multæ, de agris populi diuidundis, quæ saepe causæ tumultus exstiterunt. Item leges annales sive annariæ, quæ magistratui certam ætatem præscribebant. Leges sumptuariæ, quibus luxuria conuiuiorum cohiebat. Lex tabellaria, de dicendis sententiis & suffragiis ferendis per tabellas vide Plin. lib. III. ep. 20. initio. Leges frumentariæ variorum. Lex de maritandis ordinibus, quæ conuenientiam habet cum lege Papia Popœa. Vide quæ ad hanc ad Plinium, notauiimus, etiam quæ commentatores ad Suetonii Augustum c. XXXIV. Hinc fluxit ius trium liberorum, quod legis vim habebat, si superstites erant liberi: sin minus, indulgeri poterat a Cæsaribus, singulari priuilegio, de quo Plinius lib. XI. ep. 13. lib. VII. ep. 16. lib. X. ep. 2. Leges vicesimarum de vectigali vicesimæ, præsertim ex hereditatibus noni necessariis, vide Plin. lib. VII. ep. 14. cum notis nostris; & Paneg. c. XXXVII. Posteriorum Cæsarum leges ex Digestis, Codice, Nouellis notæ sunt.

CAPVT

CAPVT V.  
DE  
ORDINIBVS ROMA-  
NORVM.

**P**Opulus Romanus in tres ordines (Stände nostrates vocant) fuit diuisus, Senatorium, Equestrem, & Plebeium : quibus omnis populus Romanus continebatur.

I. de Ordine Senatorio.

**S**enatus dictus est a Senibus, qui soli ob senilem prudentiam in eum legebantur: inde etiam *Patres* appellati, & in allocucionibus, *Patres conscripti*. Vide Sallustium *Catilin.* c. VI. Origo ab Romulo est, qui centum Senes consultationum adiutores legit. Tarquinius Priscus addidit alios centum, quia ciuitas nunc auctior erat, & plures, qui dignitatem illam tueri possent. Nihilominus hi posteriores minorum gentium sunt appellati. vid. Liu. lib. I. c. 35. Pulsis regibus primi Consules, vt intersectorum a Tarquinio Superbo numerum supplerent, simulque augerent ordinem, trecentorum Senatum fecerunt, teste Liui lib. II. c. 1. Sic Latini tradiderunt: Dionysius Halicarnasseus Romulum bis legisse centum Senatores refert, quem clari quidem viri sequuntur: quod autem in tanto Latinorum silentio non est admittendum.

Tr. 2

Trecentorum numerus mansit vsque ad Sulla tempora, licet non constet, quantum numerum fecerit: probabile tamen est supra quadringentos fuisse: quod ita ad Ciceronis tempora seruatum fuit, vt ex *ad Atticum ep. 14. lib. I.* colligitur. Julius Cæsar nimium auxit numerum, vt vltra nongentos, vt Dio Casius *lib. XLIII* refert, vel ad millenos, vt Suetonius habet in *Angusto c. XXXV*: in quibus quod multi indignissimi essent (nam peregrinos etiam ex Gallia & aliunde in curiam introduxerat) Augustus ad pristinum numerum & splendorem, qui ante civile bellum fuerat, rededit: aut paullo maiorem esse permisit, vt tamen numerus intra quingen-tesimum consisteret. Postiores Cæsares auxerunt aliquando, vt tamen non facile plures, quam sexcenti Senatores essent. Suet. *dicto loco*. Legebantur Senatores ordinario modo a censoribus ex ordine equestri, vnde primi Consules supplementum fecerunt apud Liuum *lib. II. c. 1.* Adeo *lib. IX. c. 29. lib. XXIII. c. 23.* Nec vero plebeii Senatus omnino clausus erat, quod infra de consulibus plebeii & Tribunis in plebeio ordine ostendemus.

In prima republica non censu, sed morum integritate fiebant Senatores: vnde de Valerio Publicola primi post electos reges anni Consule annales tradunt, adeo pauperem mortuum esse, vt collatis a populo nummis sumptum habuerit sepulturæ. Vid. Eutrop. *lib. I. c. 10.* Postea digni-

dignitatis seruandæ caussa Senatoribus etiam census fuit definitus, ut qui infra illum possideret, non posset Senator fieri. Census erat duplo maior, quam equestris ordinis, quem Augustus Cæsar auxerat. Suetonius *vita Augusti c. XLII.* hoc docet. Senatorum, inquit, censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa duodecies seftertium taxauit, suppleuitque non habentibus. Supputandi hanc rationem infra de re nummaria Romanorum explicabimus. Vide interim, quæ ad Plinii *lib. I. ep. 19.* notavimus.

Senatores ab equitibus & plebeis etiam vestitu distincti erant. Ille tunica erat laticlavia seu latuus clausus. Vnde latum clavum accipere est Senatorem fieri. Sic Tiberius Senatori latum clavum ademisse dicitur apud Sueton. *c. XXXV.* h. e. ex Senatu mouisse. Plinius *lib. XXXIII. c. 1.* sic ordines distinguit. *Annuli*, inquit, distinxerunt alterum ordinem a plebe: sicut tunica ab annulis senatum tantum.

Senotorum erat sententias dicere, quod barbare *vota* appellant: sicut populi in comitiis ferre suffragia. Nec vero omnes rogabantur, sed tantum principes h. e. si sub finem anni erat, consules designati, deinde aut his nondum designatis, Princeps Senatus a Censoribus lectus. Deinde qui in magistratu erant, rogati sunt, vt ex Prætoribus quidam, quemadmodum in Catilinaria caussa Cicero consul post Silanum designatum consulem rogauit Iulium Cæsarem, tunc prætem.

rem. Tribuni poterant etiam non rogati interloqui, suamque dicere sententiam. Arbitrii ergo erat Consulis, præter primos rogare, quos vellet: nec in primis semper ordinem, nisi in designato consule, seruasse strictum videtur. Suetonius in *Cesare c. XXI.* refert, quem ordinem Calendis Ianuariis tenuisset, eum per totum annum servasse. Rogabat autem sententias Consul, tamquam director Senatus: nec vero multos rogabat, sed postquam dux vel tres dictæ fuerant, reliqui Senatores discessione facta ad hunc vel illum, qui dixerat sententiam, se conferebant, accessu suo illam confirmantes. Hinc est nota formula: *Ire in sententiam alicuius.* Vnde minoris ordinis Senatores, qui nunquam dicebant sententiam, sed sententiæ alterius accedebant, dicti fuere *Pendarii*, ut est apud Gellium lib. I. c. 18. quod vocabulum aliquid ignominiae videtur habere: res ipsa vero ire in sententiam alterius, per se non erat ignominiosa, sed recepta in plerisque faciendis Senatus consultis, quæ per discessionem fiebant, de quibus supra dictum.

Qui consultabant & sententiam dicebant Senatores, proprio verbo *censere* dicebantur, vide indicem nostrum ad Plinii epistolas. In decretis faciendis dicebant: *Placet aut non placet*, scilicet Senatui. Vide exempli caussa Liuium lib. XXIII. c. 25. & Sueton. de claris Rhetoribus c. 1.

*Curia* vocabatur vulgo locus Senatus habendi, & memorabilis curia Hostilia sub regibus, qua incen-

incendio deleta, Sylla eodem loco instaurare illam etiam Cæsar voluerunt, sed fato præuenti id opus reliquerunt Augusto, qui Iuliam nominavit. Laudatur etiam Pompeii curia, in qua Iulius Cæsar fuit interfectus, vide Sueton. Quod vero Hostilia angustior esset, quam ut caperet omnem Senatum, in sacris ædibus seu templis Senatus sæpissime congregatus fuit. Sicut Cicero in templo Iouis statoris Senatum habuit, cum in Catilinam inueheretur. Vide *Orat. I. sub finem.* Et in æde Concordiæ, cum coniurati examina-rentur. Vid. *Orat. III. c. 9.* Hæc templo curiæ etiam nonnumquam dictæ. Vide Lampridium in *Alexandro c. VI.* vbi ædem Concordiæ vocat Cu-riam.

## II. de Ordine equestri.

**E**Quites medius ordo erant populi Romani inter Senatum & Plebem: nec tantum militiæ nomen est, verum etiam dignitatis, & altera significatio ex priori manat, quia olim nonnisi digniores illi & splendidiores, e quibus Senatus legebatur, equo militabant. Supra enim diximus de militia Romana, paucos in legione fuisse equites, quod non tantum propter nobilitatem illorum factum, verum etiam propter paucitatem e- quorum in Italia, cum ager bobus exercebatur, ut hodieque; onera asinis & mulis portabantur, muli etiam iungebantur carpentis, lecticæ ferebantur a seruis; atque ita rarius usus equorum erat.

D

Signa

Signa equitum erant annulus & angustus clavus. Vtique distinguebantur a plebeis: altero etiam a Senatoribus. Plinius *lib. XXXIII. c. 1.* Annuli distinxere alterum ordinem (equestrem) a plebe, sicut tunica ab annulis tantum Senatum. Non licebat ergo plebeis gestare annulum, sed equitibus tantum & senatoribus, a quibus equites tunica tantum distinguebantur, quæ Senatoribus erat lati clavii, equitibus angusti. De vtraque tunica autem plura infra dicemus de re vestiaria.

Præter ea aliud ornamentum erat equitum lege Roscia concessum, quæ etiam lex theatalis dicitur a Plinio *lib. VII. c. 30.* qua cautum fuit, ne quis in theatris aut amphitheatro in quatuordecim primis gradibus federet, nisi censum possidens equestrem. Hinc in XIII. sedere est idem, quod equitem Romanum esse. Vide Suet. in *Cæsare cap. XXXIX. in Augusto c. XL.* Senecam *ep. XLIV.* Census autem equester erant quadringenta stertia, vt clare definitum est a Plinio *lib. I. ep. 19.* & Horatio *lib. I. ep. I. v. 57.*

Equites Romani non tantum equitibus nascabantur, verum etiam Senatorum filii, antequam in Senatum legerentur, equites fuerunt vocati. Clarum exemplum præbet Pompeius apud Ciceronem *pro lege Manilia c. XXI.* cuius ætas cum longe abesset a gradu Senatorio, res tamen maximas gesit, & triumphum meruit, de quo Cicero: *Quid tam inauditum, quam equitem Romanum triumphabit.*

umphare? & paullo post: *Quid tam incredibile,*  
*quam ut iterum eques Romanus ex Senatus consulo tri-*  
*umpharet?* Pompeius autem natus erat patre Pa-  
|tricio & consulari.

Diuisi equites erant in vrbanos & rusticanos.  
 Illi domicilium Romæ habebant, & ex iis præci-  
 pue legebantur Senatores. Rusticani non tan-  
 tum rure degebant, verum etiam in municipiis  
 rusticani. Cicero pro Roscio c. XV. *Quid hoc?* Pa-  
 tres familiis, qui liberos habent, presertim homines illi-  
 us ordinis (equestris) ex municipiis rusticani, nonne  
 optatisimum sibi putant esse, filios suos rei familiari  
 maxime seruire, & in praediis colendis opera plurimum  
 studiique consumere?

Inter studia equestris ordinis, tam illorum,  
 qui in vrbe viuebant, quam qui in agris & muni-  
 cipiis, erat præcipue etiam conductio vectigalium  
 populi Romani, i. e. redditum ex prouinciis. In-  
 de ordo publicanorum in equestri ordine fere con-  
 tinebatur. Cicero pro Flacco cap. IX. *Flos equitum*  
*Romanorum, ornamentum ciuitatis, firmamentum rei*  
*publicæ publicanorum ordine contineatur.* Idem pro  
 L. Manil. c. II. *Equitibus Romanis honestissimis viris*  
*afferuntur ex Asia quotidie litteræ, quorum magna res*  
*aguntur in vestris vectigalibus exercendis occupatae.* Vi-  
 de plura in illa oratione.

### III. de Ordine plebeio.

**P**Lebs tertia pars P. R. proprie loquendo:  
 quamquam abusue populus ipsi plebeii di-  
 cuntur,

cuntur, vt apud Suetonium c. CI. de Augusti testamento: Legauit populo Romano &c. & Martialem epigr. XV. lib. VIII.

*Dat populus, dat gratus eques, dat tura Senatus.*  
Plebeii initio durius habiti a patriciis, secessiones fecerunt, quarum notabilis erat facta ad montem Sacrum trans Anienen amnem, nec prius revocari potuerunt in urbem, quam magistratu sui ordinis impetrato, qui plebis caussam contra Senatum tueretur. Hi Tribuni plebis sunt vocati, de quibus supra. Vide Liuium lib. II. c. 32.

Ingens sic ius adepti plebeii: sed his contenti non erant, nisi etiam maiora impetrarent. Impetraverunt connubii communionem lege Canuleia. vide Liu. lib. IV. ineunte & cap. V. Impetraverunt etiam ius consulatum petendi. vid. Liu. lib. VI. c. 42. & lib. VII. ineunte: etiam ad Sacerdotia: id est Auguratum & Pontificatum impetratus aditus. Vid. Liu. lib. X. c. 6. Magnum etiam ius & dignitas erat, quod plebiscita, de quibus supra, legibus propriis dictis & Senatus decretis, lege Hortensia sunt æquiparata. Accessit, quod sumnum est, Prouocatio ad populum contra Senatum aut maiores magistratus: vbi populi nomine potissimum plebs significatur, equestri tamen ordine non excluso. Vide exemplum apud Liu. lib. II. c. 56. sequ. Impetratum etiam, vt Liuius eodem libro habet, cap. 56. & 58. vt tributis comitiis i. e. sine patribus, Tribuni plebis crearentur.

No. 2

Non ergo plebeius ordo tantum viles homines, aut opifces continebat, sed magnos quoque & præstantes viros, cuius ordinis duo erant summa præsidia, prouocatio ad populum, & tribunatus plebis, quem etiam Imperatores seu Cæsares omnes propter summam potestatem in se reperunt.

## CAPVT VI. DE COMITIIS, seu de Distributione populi.

**R**Omanus populus varie distributus fuit; præcipue a Seruio Tullio, sexto Rege, quamuis Romulus etiam, etsi ruditer, in hac parte egerat. Huic enim tribuunt tribus & curias in populo institutas. Clases autem & centurias Seruio. Liuius lib. I. c. 43 videtur vtrumque dare Seruio, Romulo nihil aut parum. Sed forsan ordinatus Seruius fecit, quod ruditer Romulus instituerat. Nam ipse Liuius lib. IV. c. 4 Seruio tantum tribuit descriptionem centuriarum classiumque. Hæc distributio licet ob alias etiam caussas facta fuerit; præcipiuus tamen illius usus fuit in suffragiis ferendis. Non enim virtim & promiscue omnibus datum est suffragium, neque enim hoc per multitudinem fieri potuit;

D. 3

sed

sed gradus facti, ut neque exclusus quisquam, qui in certa tribu, curia, vel centuria erat. Hinc comitia, qui conuentus populi suffragiorum ferendorum causa erant instituti, diuisa erant in curiata, tributa, & centuriata.

Prius ergo vocabula explicemus, quam de ipsis agamus comitii.

Romulus dicitur apud Dionysium Halicarnassensem in tribus tres & triginta curias populum diuisisse. Seruius Tullius in his quoque mutavit & auxit: addidit classes census agendi causa, & centurias.

Classes populi constituit sex, censu & possessionibus distinctas. In prima classe erant ditissimi, qui absolute *clasci* dicti, a quo ritu etiam scriptores clasicos nominarunt præstantissimos. Vide Gellium lib. VII. c. 13. lib. XIX. c. 8: De ipsarum autem classium populi definito censu Liv. lib. I. c. 43.

Curiæ pro curiatis comitiis erant: quæ vero ut ipsæ curiæ postmodum negligentius sunt servata.

Tribuum ratio erat certior constantiorque, earumque numerus pro tempore auctus, ut tandem fierent triginta quinque. Diuisa erant in urbanas & rusticas, quarum dignitas mutata fuit successu temporis, & nobilissimus quisque in rustica maluerit, quam urbana scribi, quia quatuor illæ urbanæ libertinis & nouis ciuibis tantum relinquebantur. Nomina tribuum hinc inde ex scripto-

scriptoribus aut inscriptionibus collegit Carolus Sigonius *de iure ciuum Romanorum lib. I. c. 3.* Vnum addimus, potuisse aliquem in duplice tribu esse, pro vtroque parentum natura & adoptionis genere. Sic Suetonius *de Augusto c. XL.* scripsit: *Fabianis & Scaptiensibus, tribulibus suis die comitiorum singula millia nummum a se diuidebat.* In duabus ergo tribubus Augustus fuit, Fabia & Scaptia, vt Torrentius interpretatur & commentatur. Scaptia Iuliorum per adoptionem: Fabia Octauiorum per naturam. Quo pertinet inscriptio Brixiensis lapidis apud Gruterum p. 626. 226.

**C. IVLIO C. F. FAB. SCAPT. CAESARI  
AVGVSTO.**

De comitiis ipsis acturi locum prius explicamus, qui olim in viba erat in loco fori, qui *comitium* vocabatur, atque ibi comitia curiata olim habita. Idem locus postea suppliciis destinatus, ibique virgis cæsi. Vid. Plin. lib. IV. ep. 2. & damnatorum libri exusti; cuius exemplum habet Tacitus in *Agricola c. II.* Postea, crescente populo, comitia in campum Martium translatas sunt, maxime centuriata, quæ amplissima erant. Fuerunt enim comitia vel *curiata*, vel *tributa*, vel *centuriata*, prout populus vel per curias, vel tribus, vel centurias suffragia ferebat. Vid. Gell. lib. XV. c. 27. Comitia *curiata*, vt supra diximus, sensim interierunt. Comitia *tributa* verius erant plebis concilia, quia submotis Patribus seu Sena-

D 4

tu

tu agebantur, vide Liuium lib. II. c. 60. Deinde ad iudicia translata & de multis aliisque causis leuioribus ibidem actum, etiam de exilio absentium, vide Sigonium *de iudicis lib. III. c. 5.* & 14.

*Centuriata* comitia erant Romæ nobilissima & præcipua, quibus per clasium centurias suffragia ferebantur. in his enim magistratus creati sunt, Consules, Prætores, Ædiles, Tribuni, Quæstores: a quibus diuersis muneribus, quæ aufi- ciis distinguebantur (vid. Cic. lib. VII. ep. 30. *ad Curiu*) Centuriata comitia, etiam Consularia, Prætoria, Quæstoria & cetera a magistratu, qui tum creabatur, appellata sunt.

Memorantur etiam *calata* comitia, quæ vero ut Gellius XL. c. 27. interpretatur, ipsa erant curia- ta vel centuriata. Calata enim sunt conuocata, a καλῶ i. e. voco, conuoco: unde & Calendæ dictæ sunt. Rarum nomen in antiquitate, ut mireris, qui factum sit, quod Iustinianus. *Inst. I. II. tit. 10. de testamentis* id nomen reduxerit. Locus comitorum priscis temporibus erat comitium, pars fori Romani. Crescente populo amplior locus quæsitus campus Martius inter urbem & Tiberim situs, qui etiam absolute sâpe campus appellatur. Vid. Cic. *Catil. I. ineunt.* vbi de Confu- liaribus Comitiis agit & lib. II. ep. 7. vbi de Quæstoriis. Pars campi, qua digniores constituti erant, *septa* dicta, quorum sâpe fit mentio. Vid. Cic. *pro Milone c. XVII.* Senec. lib. II. *de Ira c. VII.* Distinguebant autem a promiscua turba. Adde Auson-

Ausoniūm, gratiarum actione ad Gratianūm c. V. & quæ ibi notauimus. Nec tantum magistratus in campo creabantur, verum etiam alia acta sunt cum populo negotia, iudicia certa, ut de exilio, aut restituzione exulum: etiam testamenta interdum ibidem publica confirmata.

De candidatis, qui in campo honores expetabant, vel accipiebant, quod candida toga distincti erant a ceteris, dicturi sumus infra capite de Re Romanorum vestiaria.

## CAPVT VII. DE STATV HOMINVM.

**S**Tatum hominum Iure Conf. tit. Digest. vocant, qui ita inscriptus est, quando homines iure gentium in ingenuos s. liberos, & in libertos seu libertinos, & tandem in seruos diuiduntur. Idem traditur *Inst. lib. I. de iure personarum, de ingenuis, de libertinis.* Ingenui sunt liberis nati parentibus, & hi tam libertis certo respectu, quam in totum seruis opponuntur.

Liberti sunt e seruitute manumissi. Manumissione autem, ut in §. 3. *Inst. de Libertin.* est, modo maiorem & iustum libertatem assequebantur, fiebantque ciues Romani, modo minorem, ut tandem Latini iuris essent; infimæ autem conditionis erant, qui dedititii dicebantur. Cessarunt deinde pedetentim posteriores ordines, & pri-

mus, qui libertatem dabant, & ciuitatem Romanam, maxime frequentabantur. Ad hanc autem peruenire non poterant, nisi publica auctoritate, vel prætoris in vrbe, vel proprætoris aut proconsulis extra vrbum. Atque haec dicebatur *manumissio per vindicam.* h. e. virgam, quam magistratus capiti eius, qui manumittebatur, inferebat. Ceteri ordines libertorum inter amicos manumitti poterant, eoque peruenire ad ius Latinum, aut conditionem dedititiorum. Vide de hac re quæ notauimus ad Plin. lib. VII. ep. 16. sct. 4.

*Libertini* sunt libertorum filii: atque olim sic distinguebantur, vt libertus esset, qui seruierat, post manumissi. Libertini autem a libertis geniti. Postea autem Cæsarum temporibus saepe & plerumque in iure Romano, qui liberti dicendi essent, etiam vocantur libertini. Sic Suet. *August. c. XXV.* libertinos milites vocat, qui erant ex seruis facti liberti siue manumissi. Et in *Claudio c. 24. Temporibus Appii Claudii & deinceps aliquamdiu libertinos dictos, non ipsos, qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos.*

Libertas autem a seruis impetrabatur propter merita & fidelem seruitutem, vt vero in aliis rebus omnibus accedit abusio, ita in hac caufa etiam factum saepe, vt serui pecunia vndeunque collecta libertatem a domino redimerent, quamvis nullis insignes essent meritis, de quo conque ritur Dionys. Halicarnass. lib. IV. pag. 227. Quamvis autem plenam ciuitatem liberti affsecuti essent,

magis-

magisque eorum nisi; tamen aliquid intererat discriminis, ut hi non in rusticas tribus reciperentur, sed tantum in quatuor urbanas: nec in senatum legi poterant, nisi post aliquot generaciones. Sueton. *Claud. c. XXIV.* *Latum clauum*, quamuis initio affirmasset, non lecturum Senatorem, nisi ciuiis Romani ab nepotem, etiam libertini filio tribuit; sed sub conditione, si prius ab equite Romano adoptatus esset. Quo in ipso tamen reprehenditur a Suetonio, quod male ad exemplum proauctoris Appii Claudii prouocarit. nam etiam apud Liuium *lib. IX, cap. 29* ille Appius reprehenditur, eiusque lectio in senatum vocatur infamis atque inuidiosa.

Tertius *status* hominum post ingenuos & libertinos erat seruorum. Serui a seruando dicti, quia cum bello capti essent, non occidebantur, sed vii seruabantur ad dura facienda opera. Vide *tot. tit. ff. de Statu hominum.*

Serui variæ conditionis erant, pro ingenio, moribus & arte distincti; qui ingenio valebant, & studiis eruditi erant, hos maxime Romani amabant, iisque vtebantur anagnostis, seu a bibliotheca (bibliothecriis) quales Ciceronis fuerunt Tiro & Dionysius fugitiuus *lib. XVI. & V. epist. 9. 10.* De artibus & opificiis seruorum lege Nepotem *Attico c. XIII.* *Vsus est*, inquit, *familia* (sic serui proprie vocabantur, tamquam famulitium) *si utilitate iudicandum est, optima: si forma, vix mediocre.* Namque in ea erant pueri litteratisimi, *anagnos-*

*nagnostæ optimi, & plurimi librarii. Pari modo ar-  
tifices ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime  
boni.*

Distincti igitur serui erant in *urbanos & rusticos*: in illis erant chirurgi, aliptæ, vñctores, symphoniaci, tibicines, supellecticarii, a bibliothecis, anteambulones, ostiarii, atrienses, cubicularii, hortulani &c. *Rustici* serui operibus rusticis destinati erant. Vide de vtroque ordine singularem librum Laurentii Pignorii *de Seruis*. *Urbani* propter ingenium & mores, & artes mitius trahabantur, et si aliquot annos cum seruissent, tandem manumisisti sunt & liberti facti.

Ad rustica opera adhibebantur ineptiores, & si malitiosi simul essent ac contumaces, vt hoc genus hominum plerumque erat ex barbaris nationibus captum vel emptum, in ergastula detrucebantur, vt compedibus vinciti rus colerent. Ergastulum autem erat locus partim subterraneus, superiore tantum loco fenestris paruis quodammodo illuminatus, in quo nocturno tempore iacebant serui; diurno vinciti laborabant ruri. Quindecim in uno ergastulo, teste Apuleio in apologia, erant. Ingens numerus ergastulorum in Italia erat, & iam in Sicilia, vbi prædia erant Romanorum. Hinc seruilia bella orta, ergastulis effractis & demptis compedibus. de quibus legatur Florus lib. III. c. 19, 20. Hinc Floro ergastularii serui, catenati cultores dicti sunt libro eodem. Lucano vinciti fossores, & ipsum ergastu-  
lum

Ium Maitiali. Mitiores autem domini mitius etiam suos seruos tractabant, nec constringebant compedibus. Plinius iunior huiusmodi erat, qui de se lib. III. ep. 19. scripsit: *nec ipse usquam vin-  
etos habeo, nec ibi (in villa, quam empturus erat,) quisquam superest.* Idem lib. VIII. ep. 16. qua de morbis & morte seruorum queritur: *Solatia duo:  
vnum facilitas manumittendi (videor enim non omni-  
no immaturos perdidisse, quos iam liberos perdimi)  
alterum, quum permitto seruis quasi testamenta face-  
re, eaque, ut legitima, custodio.* Mandant rogante-  
que, quod visum: pareo ocyus: suis diuidunt, do-  
nant, relinquunt dunitaxat intra domum. Nam ser-  
vis res publica quedam & quasi ciuitas domus est.

Etiam genus saevitiae in seruos erat *inustio lite-  
rarum in fronte:* vnde per iocum hos seruos Plau-  
tus litteratos vocabat: vt, si fugerent, cognosci  
vbique & retrahi possent. Constantinus autem  
M. crudelem hunc morem lege lata sustulit, qua  
est *I. II. Cod. Theod. de Pœnis*, qua prohibetur, in-  
facie serui vel damnati scribere, quia facies ad si-  
militudinem pulcritudinis coelestis sit figurata.

## CAPVT VIII. DE STVDIIS ROMANO- RVM.

**D**ignum & hoc argumentum est, vt cum cu-  
dra pertractetur, quia ex studiis liberalibus  
magni-

magnitudinem suam Romani acceperunt, nec si-  
ne illis tantum imperium vel acquirere vel con-  
seruare potuerunt. Ante Punica bella non ad-  
modum colebantur: circa illa, autem ingenia Poe-  
tarum, historicorum, & tandem etiam oratorum  
se protulerunt. Non historiam persequemur,  
sed Romanorum adolescentum educationem.

Romanis sic usu receptum erat, ut studia lit-  
terarum cum armis coniungerent, a prima aetate  
in litteris instituti: a toga virili, quam plerumque  
decimo septimo aetatis anno accipiebant, exerciti  
etiam rebus bellicis, quamvis pronamente in pa-  
cis studia & ciuilem vitam inclinarent. Vnde si  
Caium Marium excipias, nec vero hunc felicem  
reipublicæ, sed ingentium malorum auctorem;  
vix quemquam illustrium Romanorum reperias,  
quin aut utraque, vel alterutra arte excelleret,  
neutrius saltem rudis esset.

Pueritia exigebatur Græcis litteris, quæ apud  
ipsos erant, quod nobis sunt Latinæ, custodes &  
magistræ omnis melioris doctrinæ ac eruditionis,  
hac lingua philosophiam ac rhetorican discebant.  
Hac declamabant antequam Latino se rhetori tra-  
derent. Felici consilio! quia experientia com-  
probatum fuit, qui patrum sermonem prius ex-  
coluerint, quam Latinum, qui apud nos in Græ-  
ci locum successit, nunquam ad veram & soli-  
dam eruditionem adspirare potuisse. Præcipu-  
um illorum studium erat eloquentia, ad quam ce-  
tera dirigebantur, quia in curia, apud populum,

&amp; in

& in foro ad iudices omnia agebantur Latinis orationibus. Huic vero descendæ Græcis litteris, etiam philosophia & iurisprudentia opus erat. Græcam linguam vt probe addiscerent, sæpe quasi paruuli in Græcam aut Græcam coloniam mittebantur, vt sermonem vna cum disciplinis arriperent. Maxime legebant historicos Græcos propter multiplicem usum, quia & res & exempla, & varios casus inde cognoscerent, quibus opus est in eloquentia. In his urbibus erant Athenæ, Apollonia ad mare, Rhodus, Mitylene, & aliæ in Asia: quibus Massilia Galliæ, Phocœensium, Græcorum colonia, accessit, quo multi libentius filios, quam Athenas miserunt, cuius rei caussa Tacitus *Agricola c. IV.* tradit, quod statim paruillus sedem ac magistrum studiorum habuerat, locum Græca comitate & prouinciali parsimonia mistum ac bene compositum. Exemplum eloquentiæ descendæ sub rhetore quodam Latino præbet Plin. *lib. III. ep. 3.* quæ digna est, vt legatur, relegatur, qui scholam eiusmodi poscit, eumque præceptorem, a quo mores primum, mox eloquentiam adolescentes discant. Adde *lib. VI. ep. XI.* qua dicit, nihil publice lætius esse, quam nobiles iuuenes nomen & famam ex studiis petere, quod ibidem ad eloquentiam est accommodatum. Post annum virilis togæ, qui fere septimus decimus ætatis erat, in bellum mittebantur Romanorum filii, etiam illi, quibus animus non esset ad militiæ dignitates enitendi; vt usum rei mili-

militaris oculis cernerent, ne postea Proconules aut Proprætores militibus contemptui essent, si numquam castra vidissent. Ut adeo inter Romanos nemo fuerit nobilior, qui non æque armis, quam litterarum studiis exercitus esset. Nec studia in castris quiescebant, sed commendaticlaro alicui duci exemplo discebant & contubernio, quam bene armis cum litterarum conueniret studiis. Nam studia & duces, quod de Cæsare constat, etiam minores, Tribuni & Centuriones, ut Plinius ipse lib. I. ep. 10. inter arma etiam prosequerentur. Domum regressi ex militia, quibus animus non erat illam persequi, eloquentiæ Latinæ se magis, quam antea, mox reipublicæ dabant, & honoribus petendis: vbi a quæstura ad summum gradum Consulatus progressu temporis contendebatur. Nec minus in prouinciis Romana studia sunt exculta, quod scirent, sine illis ægre prouinciam seruari posse. Sic in Hispania, Gallia, Britannia, ut colonias Romanas bene multas acceperunt, ita etiam scholas & officinas litterarum. Hoc curæ fuit Sertorio, ut Oscæ scholam pro Hispanorum filiis institueret, qua Græcis & Latinis litteris erudirentur, cum in Romanos Hispaniam concitaret, armaretque. Fuerunt in eadem natione Corduba, Italica, Bilbilis, & quæ ab Augusto nomen trahebant, clarae omnes litterarum studiis. In Gallia Durocoritorum Remorum, Augustodunum Æduorum, item Lugdunum & Visontio, & Burdegala, quod

ex

ex Eumenii panegyrico & Ausonio aliisque constat, florentissimæ Musarum sedes.

Ceterarum prouinciarum status intelligi & suppleri potest maxime Britannico, de qua gente Tacitus *Vit. Agric. c. XXI.* *Iam vero*, inquit, *principum filios liberalibus artibus erudire, & ingenia Britannorum studiis Gallorum anteferre (cooperunt) ut qui modo linguam Romanam abnuebant, eloquentiam concupiscerent.* Similia de Hispanis tradit Strabo *lib. III.* Sic factum, cum principum filii in prouinciis Romanis studiis moribusque essent imbuti, nollent ad pristinum squalorem relabi, sed Romanis potius parere, qui æquum & iustum imperium præ se ferebant, quam barbara & auita vti libertate maluerunt. Ex hac prouincialium scholarum consuetudine est illud, quod supra diximus, plus Romanos litteris ad conseruandum imperium vsos esse, quam armis & legionibus.

## CAPVT IX. DE LVDIS ROMANORVM.

**M**Agna pars antiquitatum Romanarum occupatur Ludis & Spectaculis. Ludi erant festi dies, quibus spectacula populo edebantur: & ipsa spectacula ludi dicta. His Romanus populus maxime delectabatur. Suberat & alia causa, quod putabant, Deos ludis placari. Vide Cic. *III. Catil. c. VIII.*

E

Varii

Varii generis erant: antiquissimi ludi Romani, de quibus ad Eutrop. c. I. aliquid diximus, sunt, qui ipsos *Circenses* putant suisse. *Circenses* ergo ceteris antiquiores, ut Liuius testatur lib. VII. c. 2. dicebantur a Circo, qui maximus cognominatus est, ad differentiam aliorum: in rotundo enim urbis spatio curribus certabant, circa metam septies currendo ita, ut ad illam non offenderent. Vide interpretes ad odam I. *Heraclii*. Numerus dierum incertus: Ciceronis attate quadriduum his dabatur: *Philippic.* II. c. 43. Plures postea dies videntur Circensibus dati, quia Plinius lib. IX. ep. 6 omne hoc tempus dicit, quo sane plures dies significantur. Vanitatem Circensium ex eadem Plinii epistola cognoscet. *Miror*, inquit, tot millia virorum tam pueriliter idemtimidem cupere currentes equos, insistentes curribus homines videre. Si tamen aut velocitate equorum, aut hominum arte traherentur, esset ratio nonnulla: nunc fauent panno; pannum amant. Pannum dicit tunicam ex panno certi coloris factam, quo in quatuor factiones, qui Circensibus certabant, diuidebantur. Factiones a coloribus dictae, Veneta, Praesina, Alba, Russata: & secundum has etiam studia populi diuidebantur, & saepe mordicus inter se de fauore factionum decertabant. Exempla Circensium sunt apud Suetonium *Iulio* cap. XXXIX. *Calig.* c. XVIII. *Ner.* c. XXIX. Factionum exempla apud eundem *Calig.* LV. *Vitell.* XIV. & in multis inscriptionibus.

I.Lu-

# I. Ludi Scenici.

**H**I Ludi sunt vel *Comœdia*, vel *Tragedia*. A Græcis originem habebant, quorum noti sunt Comici, Tragicique Poetæ. Quando apud Romanos receptæ, supra ex Liui lib. VII. c. 2. indicauimus.

Erat *comœdia* vel *vetus*, vel *nouæ*, sic apud Græcos Romanosque distincta. Illa erat licentior, dicacior, impudentiorque: hæc modestiæ plus præ se ferebat. Vide de distinctione Cic. *de Off.* lib. I. c. 29. Horat. lib. I. *Satyr.* IV. *ineunt.* Quamvis autem hæc modestior, elegantiorque esset, tamen etiam postea ex veteri aliquid admixtum fuit, præsertim in Atellanis, quas vocabant, *comœdiis*, quod dixerunt *exodium*. Vid. Liu. lib. VII. cap. 2. Sueton. *Tib.* CXLV. *Cal.* c. XXVII. & *Ner.* c. XXXIX.

Locus erat *theatrum* distinctum forma ab amphitheatro. Plura theatra erant ab autoribus nominatim distincta, vt Marcelli, Suer. *August.* c. XXIX. Pompeii, *ibidem* c. XXXI. Scauri, apud Plinium lib. XXXVI. c. 15. Curionis, ep. X. Cælii ad Cic. lib. VIII. Multa vanitas in theatris, vt Ciceron etiam lib. VII. ep. 1. ostendit, multa impietas, ob quam *comœdiæ* priscis Christianis detestatae sunt. Tertull. *de Spectac.* c. X. *Theatrum propriæ sacrarum Veneris est.* Adde Minuc. Fel. c. XXXVI. Lactant. lib. VII. c. 20, 22.

*Tragœdia* a *comœdiis* argumento & stilo di-

E 2

stin-

stinguuntur. Comœdix personæ habent vulgares, dicendi genus humile, quod conueniat plebeis. Soccis etiam vtebantur, vt agiliores escent. Tragoœdiarum autem argumentum triste, quia regum & principum casus funestos propoununt, & quidem stilo grandi atque sublimi, vt magnates loqui decet. Cothurnis etiam personæ agebant, vt maiores & quasi ex heroum sœculo apparerent.

## II. Ludi venationum.

**V**Enationes erant etiam ludorum genus, non in siluis, sed in vrbe exercitæ. Vndique conquirebantur belluæ ex Africa & Asia, & spectante populo conficiebantur. Vide Cic. lib. II. ep. II. & lib. VIII. Cœl. ep. 2. Suet. Calig. c. XVIII. Damnatos etiam in ludis huius generis obiiciebant belluis, qui bestiarii inde dicti. Cic. in Vatin. c. XVII. Senec. II. de benefic. cap. XIX. Addita nonnumquam his venabula, vt, si possent, se a fauibus belluæ defenderent, illaque imperfecta a reatu absoluerentur. Hunc ludum bestiariorum Seneca ep. LXX. vocat.

## III. Naumachia ludus.

**N**Auigationes etiam ludicræ, illæ, quæ in speciem belli, non in mari, sed in vrbe, aut iuxta illam in effosso lacu editæ: de quibus sæpe Sueton. Cœl. c. XXXIX. & XLIV. vbi edidisse nau machiæ

machiae spectaculum dicitur. Et Augusto c. XLIII. Nauale, inquit, prælium circa Tiberim cauato solo edidit. Et Domit. c. IV. Edidit nauales pugnas pene iustiarum classem, effuso & circumstricto circa Tiberim lacu.

## IV. Ludi gladiatoriij.

**O**MNium nobilissimi ludi erant, quibus gladiatorum paria multa in amphitheatro (olim etiam in foro & vicis) edebantur. Hoc ludorum genere maxime Populus Romanus delectabatur, ita constanter per sæcula seruato, ut ægre Christianis temporibus aboleri potuerit. Erant autem gladiatores vilissimi homines vel ex captiuis ad hoc studium allecti, vel si ex ingenuis escent, propter perditos mores & decoctam rem familiarem compulsi se lanistæ vendiderunt. *Lanista* autem fuit, qui docebat in arte gladiatoria, ipsique rursus magistratibus iam exercitatos gladiatores vendebant, ut in publicis ludis centum aut ducenta paria ad pugnandum sisterentur.

Locus vbi docebantur, *ludus* dictus singulari numero, *ludi* autem plurali sunt ipsa spectacula. Locus vbi pugnabant, vel forum vel vicus olim erat, cum in funeribus tantum gladiatores exhiberentur. Vide *Liui epitom. XVI.* Postea hiludi in amphitheatro sunt editi, circumcirca gradatim sedentibus, qui spectabant. Medius locus *cavea* dictus, etiam *arena*, quia arenis congregatus erat. Ante meridiem armis lusoriis, id est

E 3 ligneis

ligneis pugnabant: post meridiem decretoriis, id est acutissimis & ad letalia vulnera paratis.

Quando sic paria componebantur, non ante spes liberationis erat, quam aduersario interfecero: sed ne tunc quidem semper missio fecuta est, sed viator interdum cum alio recente componebatur. Signa erant *pollicem premere*, aut *conuertere*. Pressus populi pollex signum gratiae erat & liberationis, conuersio pollicis, signum, quo populus cadentem interfici iubebat.

Varia genera erant gladiatorum pro armorum diuersitate. Quidam dicebantur *Tbraces*, alii *Mirmillones*, alii *taquearii*, qui cum secutoribus componebantur: alii *hoplomachi*: de quibus omnibus rebus praetulare & copiose scripsit Liplius in *Saturnalibus*.

Mirandum, quod tam ferocius & crudelis mostam impense a cultissimo Romanorum populo fuerit amatus & in summis habitus deliciis. Cicero quidem lib. II. Tusc. Q. cap. XVII. excusat, quod tali spectaculo iuuentus ad fortitudinem bellicam animetur, praesertim si noxii & perditici aut damnati etiam adhicerentur. Verum haec non sufficiunt ad moris crudelitatem mitigandam, cum impium & inhumanum sit etiam justa supplicia de fontibus sumere oblectationis caussa, et si fortitudo virtus est, vti est, non ex malis & vitiis nutrimentum suum habere debet. Præmium gladiatorum, qui aliquot congresionibus bene pugnauerant, *rudis* erat seu *virgula*, quæ signum libera-

liberationis erat, ex Iudo gladiatorio. Hinc dicebantur *rude donati*, apud Horat. lib. I. ep. 1. ineunt. & Ouid. lib. II. amor. eleg. 9.:

*Tutaque deposito poscitur ense rudit.*

qualis illa, & cuius arboris virgula fuerit, non satis expressa est. Cic. pro Rosc. Amer. cap. VII palmaræ mentionem fecit. *Plurimarum, inquit, palmarum vetus ac nobilis gladiator.*

Mille sunt translationes & loquendi formulæ apud Latinos ex ludis petitæ gladiatoriis, vt sunt *Petitiones obiectas vitare, declinatione corporis effugere*. apud Cic. I. Catil. cap. VI. vt autem petere gladiatorium verbum erat, sic etiam repetere, hoc est dictum geminare ap. Lactant. lib. VI. cap. XX. Vnde in cæde Caligulae signum erat & tessera: *Repete, recipe ferrum.* Adde Cic. lib. II. Tusc. Q. cap. XVII. pro Sext. cap. XXXVII. Tales formulæ etiam erant: *Hoc habet*, aut simpliciter *Habet* e item *Loco motus est*: item *componere paria.* Vide quæ ad Prudent. Psychomach. v. 53. notauimus, & ad Cic. lib. II. ep. VIII.

Tam inueteratus hic mos tam in vrbe, quam in prouinciis fuit, vt ægre a Christianis etiam imperatoribus tolli potuerit. Vide Prudent. lib. II. aduersus Symmachum sub fin.

C A P V T   X .  
D E  
V E S T I T V   R O M A N O -  
R V M .

**I**N vestibus Romanorum præcipua & quasi propria erat, eaque exterior, quæ *toga* vocabatur, vnde Romani absolute *Togati* dicti apud Liv. lib. III. 52. Senecam de *beata vita* c. XXIV. & gens *togata* apud Virg. *Aeneid.* II. v. 286. Scholiastes Persii ad *Satyr.* V. v. 14. ita describit: *Toga est purum pallium, forma rotunda & fusiore, atque inundante sinu, de subdextro veniens, supra bumerum sinistrum ponitur.* Varius togæ usus habitusque: brachium utrumque tegebant, dextrum vero exerebantur, ubi opus fuit, viris maxime: non primo togæ anno, quo per modestiam non licebat, ut ex Cic. *pro Cælio* c. V. constat. Sinum ex toga faciebant, vnde Tibullus lib. I. eleg. VII.

*Effluit effuso cui toga laxa sinu.*

Ad togam etiam pertinet *cinctus gabinus*, de quo Seruius ad *Aeneid.* VII. v. 612. Erat toga sic intergum reicta, ut una eius lacinia renocata hominem cingat. Vtebantur toga Romani ciues, cum in publicum prodirent, pacis tempore: in bello vtebantur sagum; etiam in urbe, cum metus aut tumultus erat bellicus. *Sagum autem erat vestis breuis angustiorque, agilitatis caussa factum, hinc dicti sagati* Cic. *Philipp.* XIV. c. 1.

Mattei

Materia togæ erant lana pura, sine colore adscitio, ideo saepius erat propter adspersas fordes lauanda a fullonibus, præsertim si munditiei quis studiosus eset. Candidatorum autem *toga cretata* fuit, vt a ceteris dignoscerentur: vnde *cretata ambitio* apud Persium *Satyr. V. v. 177.* A creta fiebat toga splendidior. inde dicta *toga candida*: v. gr. Ciceronis oratio in toga candida apud Asconium, quia Candidatus eam habuerat.

Signum erat toga ciuis Romani, qua post exactam demum pueritiam vtebantur. Hinc formulæ sunt: *Togam virilem sumere, officio toge virilis interessè*, apud Plin. lib. I. ep. IX. lib. X. ep. 112. Pueri autem erant *prætextati*, hoc est veste prætexta induiti, antequam a prætore solenni ritu togam acciperent, & ciues scriberentur. Togarum differentia ratione dignitatis hominum erat. De vulgari iam diximus: Magistratum togam puram prætexta erat: Senatorum itidem & equitum togis aliquid additum, quod *latum vel angustum clavum* vocabant. Præterea mentio fit *togæ pictæ & palmatae*, triumphales vestes, quæ regibus etiam dono mittebantur. *Pictæ* id est acu pictæ: *palmatae*, quibus palmæ victoriae signa erant intextæ. Vide Liv. lib. XXX. c. 15. lib. XXXI. c. 11. vbi tunica palmata eadem dicitur, cum toga picta. Adde Ausonii *paneg. c. XXII.* & quæ ibi notauimus.

*Prætexta toga* erat magistratum & Sacerdotum seu Augurum, Liv. lib. XXXIV. c. 7. *Purpura virtutentur prætextati in magistratibus, in sacerdotiis: liberis nostris*

*nostri prætextis vteniur, cetera. De prætexta Sa-*  
*cerdotii Cicero Augur Philipp. II. cap. 43.: Cur non*  
*fumus prætextati?*

*Lena, peregrina vestis, etiam a Romanis re-*  
*cepta Virg. Æneid. IV. v. 262.*

- - *Tyrioque ardebat murice lene*  
*demissa ex humeris* - -

In sacrī etiam adhibitam lēnam testatur Cicero  
 de Cl. Orat. c. XIV. cum Consul sacrificium publicum  
 cum lēna faceret: quia erat flamen simul Carmentalis.

*Synthesis* maxime in Saturnalibus, saepe eius  
 mentio fit apud Martialem, lib. XIV. ep. 1.

*Lacerna*; proprie erat vestis militaris, quod ex Ouid.  
 II. Fast. v. 745. apparet. Ciceronis ætate nondū in urbe  
 gestata, quod Cicero Antonio obiicit Philipp. II. cap.  
 30: post assumpta pluuiarum caussa. Plin. lib. XVIII.  
 c. 25. & in alios usus, vide Martialem lib. XIV. e-  
 pigr. 137.

*Penula* itinerarium vestimentum erat, quod ex  
 Ciceronis Orat. pro Milone c. X. apparet. Serb.  
 in urbem inducta, quod Iuuenalis Sat. V. v. 7, 9.  
 probat.

*Tunica*, pressa vestis, & corpori adstricta, et  
 iam interior sub toga. Quamquam ipsa quoque  
 distinguebatur pro multiplicatione sui in interio-  
 rem & exteriorem. Vide Suet. Aug. cap.  
 LXXXII. Valerium Max. lib. VII. c. 4. Huic maxi-  
 me addebat, quod de lato clavo & angusto su-  
 pra diximus. His enim ordines Romanorum di-  
 stinguebantur, Senatores ab equitibus, equites  
 a ple-

¶ plebeiis. De quibus supra in ordinibus.

Vestis militaris erat *sagum* vel *sagulum*, quia breuius erat agilitatis caussa. Dictum supra, non in castris tantum, sed in vrbe quoque tempore tumultus eius vsum suisse. Ducis vestis exterior erat *paludamentum*: vnde *paludatus exire dux* seu imperator dicebatur. Vide Cic. lib. XV. ep. 17. Flor. lib. IV. c. 2.

Vestis seminarum propria erat *stola* & *palla*.  
*Stola* erat tunica mulierum vsque ad talos siue plantas demissa, vid. Cic. Philipp. II. c. 18.

*Palla* erat superior mulierum vestis *stolæ* superaddita, quam Virg. Eneid. XI. prolongam dicit, Adde ibidem Seruium. *Pallium* autem virorum erat in Græcia, & philosophorum.

## CAPVT XI. DE FVNERIBVS ET SE- PVLTURA ROMANORVM.

**R**omani ut plurimum mortuos cremabant: reliquias autem, id est cineres & ossa, fictili vrna posuerunt in sepulcro: etiam *cippos* erexerunt seu marmora, quibus nomen & honores defuncti cum nomine eius, qui posuerat, inscripsierunt. Paucæ gentes aut familiæ erant, quibus concessa fuerat defossio integri corporis, vt gens Cornelia erat, ex qua Sulla, ius talionis veritus

ritus, quod C. Marii cadauer eruerat, testamento contra consuetudinem gentis cremari se iussit, vide Plin. lib. VII. c. 54.

Ritus combustionis erat, ut rogos exstruuntur, cui defuncti corpus in lecto imponebant, cum aromatum odoribus aliquaque pretiosis, quæ defuncto cara fuerant. Tum post factam clamationem postremam aliquis agnatorum face rogom accedit. Quæ reliqua erant ex busto cineres & oscula vrnæ indita in sepulcro vel monumento condebantur, ut modo diximus. De pretiosis, quæ rogo iniiciebantur, notes dicta fuisse munera, vt apud Statium lib. III. Silu III. v. 56. De toto ritu vide Suet. in Iul. cap. LXXXIV. sequente funere Iulii Cæsar. Adde Plin. lib. IV. ep. 2. & lib. V. ep. 16. Deductio funeris peracta fuit etiam certis ritibus, quorum Cicero meminit pro Milone c. XXXII, caruisse eo honore Clodium, qui sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine exequiis, sine lamentis, sine laudationibus, sine funere, ambustus fuerit. Vide quæ ibi notauiimus & Liv. XXXIX. c. 46.

*Imagines* etiam maiorum præferebantur, de quibus Horat. Epod. VIII.

*Funus atque imagines*

*Ducant triumphales tuum.*

*Cantus & lamentationes* erant næniæ: de quibus etiam Suetonius in funere Cæsar. s.

*Ludi funebres* in memoriam & honorem defunctorum editi, præsertim gladiatori, vide Liv. epitom.

*epitom. XVI.* Valer. Max. lib. II. c. 4. & quæ nos ad Cic. lib. II. ep. 3. notauimus.

Laudatio Funebris erat oratio parentalis ex rostris a proximo agnatorum habita. Vide Suet. *Iul. cap. VI.* Plin. lib. II. ep. 1. §. 6. cum notis nostris. E-pule etiam post ludos datæ publice, & distributæ carnes, quæ visceratio dicebatur, Liv. lib. XXXIX. cap. 46. P. Licinii funeris caussa visceratio data, & gladiatores centum viginti pugnauerunt, & ludi funebres per triduum facti.

*Inferiae*, vt Festus definit, erant sacrificia, quæ diis Manibus inferebant: non tantum exequiarum die, sed anniuersariis etiam sacris ad sepulcrum repetebantur.

*Sepulcra* vt plurimum ad vias erant regias, vt viatores etiam titulum legerent, & memoriam defuncti conseruarent. Vide Nepotem *extremo Attico*, quia iuxta viam Appiam ad quintum lapidem sepultus fuit.

Alia exempla Ioannes Kirchmannus, qui fuse de funeribus Romanorum scripsit, lib. II. c. 22 ad fert, de via Aurelia, Flaminea, Lauicana, Laurentina, Ostiensi, Prænestina, Salaria, Tiburtina. *Area* quoque sepulcrorum erat, certa pedum mensura descripta & consecrata. Vide Cic. *Philipp. IX.*

*Corolle* quoque sepulcris adhibitæ, quod prisci Christiani auersabantur, posteriores autem admiserunt. Vide quæ ad Minuc. Fel. cap. XII. notauimus.

CAPVT

CAPVT XII.  
DE  
CONSECRATIONE  
PRINCIPVM.

**R**omani Imperatores bene de republica meriti, post mortem in numerum deorum certis ritibus relati, atque *Diuī* appellati sunt. Exempla passim apud Eutrop. lib. VII. c. 5. de Augusto: *Moriens Diuus appellatus est.* & c. 8. de Claudio: *Post mortem consecratus est, Diuusque appellatus.* c. 13. de Vespasiano: *Inter Diuos relatus est,* quod cap. 14. de filio etiam repetitur. lib. VIII. c. 2. de Nerua & c. 2. de Traiano, eadem verba leguntur: *Inter Diuos relatus est.*

Idcirco templa eis exstructa, flamines constituti, quorum passim mentio in inscriptionibus. Non semper vero id ex vera deuotione factum, sed aliis de causis politicis, quas detexit Plinius Paneg. c. XI Neruæ consecrationem a Traiano factam inde separans. *Quem tu, inquit, lacrimis primum, ita ut filium decuit, mox templis honestastiz non imitatus illos, qui hoc idem, sed alia mente fecerunt.* Dicauit cælo Tiberius Augustum, sed ut maiestatis numen induceret: Claudiū Nero, sed ut irriteret; Vespasianum Titus, Domitianus Titum: sed ille, ut Dei filius, hic ut frater videretur: *tu sideribus patrem intulisti, non ad metum ciuium, non in consumeliam numinum, non in honorem tuum;* sed quia Deum creditis.

Ritum

Ritum consecrandi accurate Herodianus descripsit *lib. IV. c. 2.* Ceream imaginem consecrandi Principis in vestibulo palatii lecto eburno ac vestibus aureis instrato impositam, quasi ægrotaret, per septem dies omnium conspectui patuisse. Deinde ubi iam visus diem obiisse, lectum nobilissimos viros tulisse in forum, hymnos cantantibus pueris & feminis nobilissimis. Quibus peractis tulisse lectum extra urbem in campum Martium & rogo imposuisse singulari ratione constructo, factisque circa illum ludis equestribus, faciem illatam esse a successore principe. Mox ex cellula rogi (nam in partes distinctus erat) aquilam emissam esse, quæ vulgo crederetur animam principis in cælum deferre. Ex eo tempore defunctum, pro Deo habitum cultumque fuisse templis, puluinaribus, flaminibus.

Nec tantum ipsi imperatores sic honorati fuerunt, verum etiam angustæ feminæ, vxores, matres, sorores principum, cuius rei exempla multa in nummis antiquis prostant, cum inscriptione CONSECRATIO & appellatione DIVI, vel DIVAE: apposita est templi figura aut aquilæ, aut in seminarum consecratione sape paonis.

Confuetudo ita inualuit, ut vix sub imperatoribus Christianis primis abrogari posset, quamuis illi maxime abhorrent. Putabatur enim pars maiestatis esse & honoris, qui principibus deberetur. Sic & Eutropius de Iouano, Christi sa-

cris

cris addic<sup>t</sup>issimo Principe lib. X. cap. 9. dicit: *Benignitate principum, qui ei successerunt, inter diuos relatus est.* Quod an ita factum fuerit a Valentianio & Valente, non leuis causa est, cur dubitemus. Cautius idem historicus c. 4. lib. X. de Constantino dixit: *Inter diuos meruit referri.*

## APPENDIX DE RE ROMANORVM NVMMARIA. ET INSCRIPTIONIBVS.

**R**esnummaria duplici modo considerari potest, generali, qui valorem doceat monetarum, & rationes, quibus vtuntur scriptores veteres, quo possimus cum nostris nummis conferre, & ad illorum pretium exigere. Radix huius rei est cognitio *assis* Romani, exiguae monetæ, quæ vix integros tres nummos (*Pfennige*) ut nos vocamus, valebat. Hinc compositus *sestertius*, quasi *sesquitertius*, id est asses duo & dimidius.

*Sestertium* autem neutro genere erant mille sesterti<sup>i</sup>. Atque his maximas summas per tonnas & milliones numerandas describunt, maxime si adverbialiter loquuntur. nam alia ratio est, si per nomina

nomina numeralia id efferunt. Sestertios etiam nummos sæpe vocant absolute.

Quatuor sestertii faciunt *denarium*, id est denos aspes, qui si argenteus est, *drachmam* pondere valet. Sæpe denarii mentio est, etiam in facris, vbi dicitur diurna merces fuisse operarii. Nonnumquam denarii plus, quam decem aspes voluerunt, quod non obscure colligitur ex Tacit. *L. Annal. c. 17*, vbi milites queruntur, quod singuli denis in diem assibus animum & corpus astiment, postea addit; vt singulis diebus denarium impetrarent.

*Solidus* est noua moneta posteriori saeculo in visu, ita dictus, quod ex solo auro constaret, intus nihil haberet vilioris metalli. Non enim argenteus dabatur solidus, sed aureus fuit tantummodo, vt copiose Gronouius probauit de *Sestertiis*.

In legibus Romanis eius mentio crebra, sed posterioribus. *Vlpianus lib. i. §. Hoc autem. ff. de fugitiis: Multa centum solidorum statuta in magistratu.* Et Macer de Seuero & Antonino Caracalla *L. 34. ff. de Iure fisci: Quingentos solidos fisco inferre iussus es.* De valore solidi non vna est sententia, nec ferri facile vna potest pro diuersitate temporum. Aliquando & plerumque solidus & aureus idem erant, vt Brissonius de verborum significatione probauit. Aliquando & differentia intercessit, vt solidus maior esset, quam aureus. Nec *aureus*, quod nomen antiquius est, quam solidi,

semper idem valuit, sed pro arbitrio imperantium comparatio inter aurum & argentum, nunc hoc vel illo modo constituta fuit. Olim ut Gronouius pag. 365. probat, XVII. denarii faciebant aureum. Dio Cassius *Lib. LV. XXV.* denarios requirit ad aureum. Tempore Arcadii & Honorii, ut est *I. vn. C. de collatione æris*, constitutum est, ut pro viginti libris æris unus auri solidus reddatur. Casaubonus *ad Lampridii Alexandrum cap. XXXIX* dicit, solidum pondere duas drachmas æquasse, & ibidem satis luculente probat. Quod si est, duplo maior erit solidus, quam illo tempore de quo Gronouius loquebatur. Quod posteriores vero per solidos numerabant, veteres fecerunt per sestertios aut sestertia, iisque maximas etiam summas exprimebant. Id vero diuerso modo fiebat, in numerali voce obseruato. Si enim numerale forma nominis dicendum erat, addebantur *sestertia* plurali numero, aut si millia adderentur, genitio sestertium, aut quod vsitatus erat nummum. Nummus enim & sestertius saepe idem sunt, v. gr. Plinius *lib. XXXIII. c. 2.* ad equestrem dignitatem requirit censem sestertia quadringenta, i. e. 12000 thaleros graues. Iunior Plinius *lib. I. ep. 19.* municipi & condiscipulo, decurioni Comensi, & propter id officium non minus quam centum millia possidenti offert ad implendas equestres facultates trecenta millia nummum, h. e. trecenta sestertia.

Alia ratio est numerandi per aduerbia numeralia,

ralia, quinques, decies, vicies, quadragies & cetera. Tum enim, si festertia in neutro usurpan-  
tur cum aduerbio, centenarios numerus subau-  
diendus est, ita ut decies festertium, recto &  
nominatio casu, singularique numero sint  
25000. thaleri. Quadragies festertium tonna  
auri, ut vocant. Sexagies tonna cum dimidia:  
Centies festertium, duæ tonnæ cum dimidia.  
Quadringtonies festertium, decem tonnæ sive  
millio. Millies festertium 25. tonnæ sive millio-  
nes duæ & dimidia.

*Librae* nomen etiam occurrit & *pondō*. Pon-  
do & libra idem, si vero junguntur, aut pon-  
do ali monetae adiicitur, tum vertenda vox ~~am~~  
*Werth und Gewicht* de quibus plura tradit  
Gronouius d.l. Libra autem argenti eodem inter-  
prete sunt centum denarii seu quadringtoni ses-  
terii. Libra autem æris fere est festertius.

Peregrini nummi, Romanis scriptoribus etiam,  
quando de rebus Græcorum agunt, nominati,  
sunt potissimum talentum & drachma. *Drach-  
mam* diximus octauam partem thaleri esse, seu  
denarium (*Dwântchen*) hinc fit *didrachnum* i.e.  
duæ drachmæ, quadrans thaleri, cuius in sacrís  
etiam habetur mentio. *Talentum* autem diuer-  
sum erat; quod autem potissimum in autoribus  
respicitur, est *talentum Atticum*, quod consta-  
bat sexaginta libris argenti sive 750. thaleris,  
vide quæ ad Curtii lib. VII. cap. 5. §. 27. no-  
tauimus.

Hactenus de valore numismatum & variis no-  
mini-

minibus, etiam de supputandi ratione: sequuntur nunc ipsi antiqui nummi variæ ætatis, secundum materiam, formam, figuram, inscriptiones & alia signa considerandi.

Pecuniam dicunt a pecude nomen habere, quod olim fuerint boues, oves, porci & similia animalia impressa. Quædam gentes etiam postea, suis nummis figuram animalium inscripserunt, equum, hircum, ouem, ut de aubus taceamus.

Materia nummorum veterum vel aurum est, vel argentum, vel mixtum quoddam metallum. Aurei nummi rariores sunt, nec etiam tanti, nisi quod materia pretiosa sit, æstimantur, quam ceteri, quia id genus facile falsari potest, & alienum arte & fraude supponi. Argenteorum magna superest copia, sed & hic sæpe falsi præveris supponuntur. Aenei numi propter æris singularem mixturam, etiam quod plurimis addita fernisatio, ut vocant, quam itidem imitari non possumus, ad antiquum modum, plurimi sunt veri & genuini.

Forma diuiditur in tres modulos, maximum, medium, minimum: nec vero tam accurate id vbiique seruatur, nec semper eiusdem magnitudinis modulus unus est, & ipsi maximi moduli numismata inter se differunt magnitudine, quod ad oculum demonstrari potest Iosephi Montereii libello de maximi moduli numismatibus Amst. 1685. Sic etiam est de ceteris modulis, qui itidem

dem inter se differunt & variant, ratione magnitudinis & paruitatis. Ratione temporis diuiduntur in Consulares nummos, h. e. in libera republica sub Consulibus cūsos, & in nummos factos sub Cæsaribus.

A figura impressa etiam varii denominati sunt, præsertim consulares, ut victoriati, bigati, quadrigati, ratiti, a signo victoriæ, quod continebant, vel bigarum, quadrigarum, ratis sive nauis.

Ratione loci etiam numismata distincta fuerunt, quia plurima cūsa fuerunt in prouinciis, a ciuitatibus, quibus id concessum fuerat a Romanis: quemadmodum integri libri de talibus nummis prostant *Harduini* de nummis populorum & vrbium: *Vaillantii* de nummis coloniarum secundum Cæsarum seriem.

Vsus veterum numismatum, qui est in historia supplenda, in chronologia corrigenda, in orthographia ad certas rationes reuocanda, in antiquitatibus variis, sacrificiorum, triumphorum, consecrationis, structuræ templorum, formæ nauium, vestimentorum & cetera, demonstratus est vberrime ab illustri viro Ezechiele Spanhemio singulari libro *de vsu & præstantia numismatum*, cuius libri altera auctiorque editio si prodierit, luculentius res omnis declarabitur. Vtilitati addenda iucunditas, si selectos nummos perlustramus, & inde oculis subiectius varias res,

quas animus ex historia vel descriptione non sat  
tis poterat capere.

Nec tantum Latini nummi cognoscendi sunt,  
sed Græci etiam sub Romano imperio in Asia cu-  
si, aut aliis locis, vbi Græca lingua obtinebat,  
etiam a regibus Græcæ originis, antequam gen-  
tes illæ in Romanorum potestatem venirent, ut  
sunt nummi Seleucidarum in Syria, Ptolemæo-  
rum in Ægypto, quos historica serie descriptis  
iam laudatus Vaillantius.

Nummi, vt nostri etiam, duas facies ha-  
bent, quarum prior recta est, & vt plurimum  
caput, seu imaginem continet, posterior dicitur  
aversa, quæ plerumque & aliquod signum conti-  
net cum alia inscriptione.

In nummis demonstrandis utemur libris, qui  
nummos accurate delineatos habent, cum eru-  
ditorum hominum explicatione. Pro ipsa in-  
troductione generali possunt usui esse Iesuitæ Io-  
berii notitia rei nummariae, Lipsiæ ante decem an-  
nos Latine expressa: & Caroli Patini introduc̄tio  
ad historiam numismatum: præcipue autem Eze-  
chielis Spanheimii supra laudatus liber de usu & pre-  
stantia numismatum. Plurimi qui curam veterum  
nummorum habent, cogitant solum de Impera-  
torum nummis, parum solliciti de consularibus,  
de virium per varias prouincias numismatibus,  
cum tamen ex illis plus s̄aep̄, quam imperato-  
riis, pro historia, geographia, chronologia, an-  
tiquis ritibus, cognosci possit. Nihilominus Cæ-  
sareo-

fareorum inspectio suum vsum habet singularem, vbius explicatum ab eruditis. Commendari ex his in primis meretur Carolus Patinus magno opere Argentorati impresso, quia explicationes addit singulis nummis & Imperatoribus eruditissimas. Huic adiungi potest *Jean Vaillant*, qui Cæsarum etiam nummos duobus tomis edidit, priore æneos, posteriore argenteos, vtrobique secundum seriem Imperatorum.

Qui exotica amat, *Francisci Angelonii Historiam Augustam* Italica lingua Romæ editam, qui selectissimos Imperatorum nummos interpretatur. Ex Gallicis libris opera *Io. Tristani* commendanda sunt, quæ itidem secundum seriem Imperatorum sermone Gallico rarissimos nummos & elegan-  
tissimos explicant & interpretantur.

Nec vero prætermittendus est *Hubertus Goltzius* vasto opere, quo vel omnem rem nummariam exhausisse videtur. Quod vero nummos sæpe adfert adhuc inuisos; de fide eius a multis viris eruditis dubitatum est; Et *Adolphi Oconis* Imperatorum numismata, a *Mediobarbo Birago* copiosius Mediolani edita, qui vero solas inscriptiones refert, figuræ non exhibet, sed tantum describit.

Consulares nummi & denarii descripti sunt a *Fulvio Ursino*, auctiis editi a Carolo Patino, adiunctis numis Augustini, ex quibus gentes & familiæ Romanorum optime condisci possunt. Aut-

xit

xit iterum copiosissime *Jean Vaillant* tribus tomis Amstel. 1703. expressis.

Numos ad geographiam pertinentes illustrarunt *Io. Harduin* us egregio tractatu *de nummis populorum & urbium*, & modo laudatus *Vaillant* operare, quod inscripsit: *Numismata area imperatorum in coloniis, municipiis & urbibus iure Latio donatis, ex omni modulo percussa.*

Elegantissimi autem sunt libri, qui selecta numismata exhibent cum explicatione, cuius generis sunt *Constantii Landi* selectiorum numismatum expositiones, nuper Lugduni Batauorum recusae: & *Petri Seguini* selecta numismata antiqua. Et ex recentioribus *Iacobi Wildii* selecta numismata. Amstel 4. & *Andrea Morellii* Specimen uniuersae rei nummariae antique, quod maxime peregrinos nummos, non solos Romanos continet. Nam ad illos etiam respiciendum est, quemadmodum idem *Vaillant* Syro-Macedonum numismata, exinde historiam edidit: & filius nuperrime historiam Ptolomaeorum ex nummis.

Tacemus specialissimos nummos, cum explicatione editos singulariter, saepe unus tantum aut per pauci, v. gr. *Falconerii de Nummo Apamensi* &c.

Constantinopolitanum imperium etiam suos nummos habuit descriptos a *Carolo du Fresne in Historia Byzantina illustrata*.

De

De  
**INSCRIPTIONIBVS.**

**I**nscriptiones veterum eumdem usum habent, quem numismata antiqua. Seruiunt historiæ, geographiæ, genealogiæ, variorumque rituum cognitioni, & ipsi litteraturæ: i. e. orthographiæ, grammaticæ, & vocabulorum scientiæ, quia multa ex lapidibus discuntur, quæ in libris etiam antiquis frustra quæsueris.

Tales inscriptiones ediderunt vasto opere *Ianus Gruterus*: alias a Grutero prætermisas *Thomas Reinesius*, *Iacobus Sponius*, in miscellaneis eruditæ antiquitatis: & recentissimus *Gabriel Fabretus*. Singuli hi magna volumina inscriptionum collegerunt. Plures sunt, qui singulares inscriptiones exposuerunt, ut idem Sponius in itineribus suis per Dalmatiam, Græciam, Asiam: etiam in Gallico tractatu, quem vocat *Recherches curieuses d' Antiquité: Lipsius in monumento Ancyra no: Patinus in commentario in tres Smyrnenses inscriptiones. Anton van Dale de Antiquitatibus & Marmoribus. &c.*

In Græcis inscriptionibus ut antiquissima, ita utilissima etiam in antiqua historia sunt *Marmora Arundeliana*, quæ aliis aucta nunc *Oxoniensia* a loco adseruationis & editionis dicuntur: prodierunt Oxonii cum variorum notis 1671.

Sunt etiam mixta opera gemmarum & numismatum,

smatum, in quorum editione, tanquam integro-  
rum antiquitatis cimeliorum, laudem promeruit  
*Laurentius Begerus*, primum thesauro Palatino  
1685. publici iuris facto: deinde Borusso-Bran-  
denburgico, quem tribus voluminibus nuper-  
rime vulgauit. Qui solas gemmas exposuerit,  
in iis praecipuus est *Laurentius Augustini*, opere a-  
pud Batauos excuso, studio Gronouii forma-  
quarta.

In lapidibus figuratis & nummis certis ac in-  
scriptionibus multis recentissimus auctor *Philip-  
pus a Turre* abhinc quinque annis se eruditis pro-  
bauit, monumenta Antiana Romæ edendo  
quibus nihil est eruditius.



# INDEX CAPITVM ET SECTIONVM.

Procemium.

Cap. I. de Magistratibus. pag. 3.

Sectio I.

I. de Regibus.	3.
II. de Consulibus.	5.
III. de Decemviris.	5.
IV. de Tribunis militum.	6.
V. de Prætoribus.	6.
VI. de Ædilibus.	8.
VII. de Tribunis plebis.	8.
VIII. de Quæstoribus.	9.
IX. de Centoribus.	10.
X. de Triumviris capitalibus & monetali- bus.	11.

Sectio II. de nouis Magistratibus tempore Cæsa-  
rum institutis.

I. de Præfecto vrbi.	12.
II. de Præfecto Prætorii.	13.
III. de Præfecto Ærarii.	13.
IV. differentia inter ærarium & fiscum.	14.
V. de Ærario militari.	15.
VI. de Curatoribus viarum & aluei Tibe- rini.	15.
VII. de Legato Cæsarisi seu Principis.	16.
VIII. de Procuratoribus Cæsarisi.	17.

Sectio III. de Magistratibus cui posterioris.  
de Honoribus.

Cap. II. de Militia Romana.	19.
I. de Duciibus.	20.
	20.

II. de

\* (o) \*

II. de Legionibus.	21.
III. de Equestris militia.	22.
IV. de Armis.	23.
V. de Signis militaribus.	24.
VI. de Machinis poliorceticis.	24.
VII. de Militia nauali.	26.
VIII. de Præmiis militiæ.	27.
IX. de Triumpho & ouatione.	27.
X. de Supplicatione.	28.
Cap. III. de Ciuitate Römana.	29.
Cap. IV. de Iudiciis Romanorum.	35.
I. de Accusatore & reo.	38.
II. de Legibus.	39.
I. de Legibus liberæ reipublicæ aut non longe post mutatam reipublicam latis.	42.
Cap. V. de Ordinibus Romanorum.	45.
I. de Ordine Senatorio.	45.
II. de Ordine equestri.	49.
III. de Ordine plebeio.	51.
Cap. VI. de Comitiis seu de distributione populi.	53.
Cap. VII. de Statu hominum.	57.
Cap. VIII. de Studiis Romanorum.	61.
Cap. IX. de Ludis Romanorum.	65.
I. Ludi Scenici.	67.
II. Ludi venationum.	68.
III. Naumachia ludus.	68.
IV. Ludi gladiatori.	69.
Cap. X. de Vestitu Romanorum.	72.
Cap. XI. de Funeribus & Sepultura Romanorum.	75.
Cap. XII. de Consecratione Principum.	78.
Appendix. de Re Romanorum Nummaria & inscri- ptionibus.	80. 89.



# INDEX RERVM.

## A.

<b>A</b> bsolutionis nota.	36.
Accusatores.	38.
Aduocati.	38.
Aduocationes.	38.
Aediles.	8.
curules.	ib.
cereales.	ib.
Aerarium.	13. 14.
militare.	15.
Saturni.	14.
Amphitheatrum.	69.
Ancus Martius.	4.
Angustus clavus.	50.
Annulus.	ib.
Aquila, signum militare.	24.
Area sepulcrorum.	77.
Arena Amphitheatri.	69.
Aries.	24.
Arma Romanorum.	23.
gravia.	ib.
Ieuia, seu velitoria.	ib.
Arma decretoria.	70.
lusoria.	69.

C

## INDEX

As.	80
Aureus.	81
B.	
Ballista.	24
Bestiarii.	68
C.	
C condemnationis nota.	36
C Campus Martius.	56
Cancellarius.	18
Candidati.	57
horum toga.	73
Cantus funebres.	76.
Capite censi.	34
Cataphracti.	23
Catapulta.	24
Cavea Amphitheatri.	69
Causæ forenses.	37
Cauſidici, cauſiarum patroni	38
Censere quid?	48
Censores.	10
horum officium.	II
officii diuturnitas.	ib.
Censura cur cessauerit sub Cæsaribus.	II
Census primus.	4
Census equeſter.	50
Centumvirale iudicium.	35.37.
Centuriones.	21
Cinctus gabinus.	72
Cippi	

R E R V M.

Cippi	75
Circenses ludi.	66
Circumuallatio.	25
Ciues latini nominis.	33
Ciuitas Romana.	29
in prouincias translata.	33
omnibus data.	34
singulis quoque hominibus.	34
Classes populi.	33
Classiarii.	54
Classici.	26
Clepsydra.	54
Clibani.	38
Clibanarii.	23
Cohors.	ib.
Coloniae ciuium.	22
latinæ.	53
Combustionis ritus.	ib.
Comœdia.	76
Comites.	67
Comitia.	19
Comitium.	53
Confiscare.	55
Consecrandi titus.	15
Consecratio principum.	79
Consules.	78
cur duo creati.	5
Consulum ornamenta.	ib.
Contubernium.	5
Conuersio pollicis.	22
	70

G 2

Corol-

## INDEX

---

Coroliæ sepulcris adhibitæ.	77
Corona, præmium militiæ.	27
Corona militum.	25
Correctores Italiæ. prouinciarum.	18 18
Cothurnorum usus in Tragœdiis.	68
Cretata ambitio.	73
Cultores catenati.	60
Curatores aluei Tiberini. viarum.	16 15
Curia.	48
Curiae populi a Romulo institutæ.	54

## D.

<b>D</b> Ecemuiratus.	5
abrogatus,	6
Dedititii,	57
Denarius.	81
Deportatio in insulam.	31
Dictator.	20
Didrachmum.	83
Dioecesis quid?	19
Diui.	78
Drachma.	81. 83.
Ductores ordinum.	21
Dux belli summus.	20

## E.

<b>E</b> Dictum.	37
perpetuum.	38

trala-

R E R V M.

tralatitium.	38
Equestris militia.	22
Equites quinam?	50
urbani & rusticani.	51
Equitum signa.	50
Ergastulum.	60
Exodiun.	67

F.

<b>F</b> actiones in iudicis circensibus.	66
Fasces.	5
Fiscus quid?	13. 14
Formulæ loquendi ex iudicis petitæ.	71
Forum.	37
Fossores vincti.	60
Funera Romanorum.	75

G.

Gladiatores.	69
--------------	----

H.

<b>H</b> asta.	23
Helepolis.	25
Honores.	19
Hoplomachi.	70

I.

<b>I</b> aniculus munitus.	4
Imagines maiorum.	76
Imperator.	21

## INDEX

Inferia.	77
Ingenui.	57
Inscriptiones veterum.	89
Interdictio ignis & aquæ.	30
Inustio litterarum in fronte.	61
Ire in sententiam alicuius.	48
Indices.	35
ex diuersis ordinibus lecti.	36
iureiurando adstricti.	ib.
forte lecti.	ib.
Judicia Romanorum.	35
grauiora & publica.	37
Judiciorum locus.	ib.
Judicium centumvirale.	35
Ius ciuitatis Romanæ.	29. 31
quomodo amitti potuerit.	30. 31
Ius Latii.	32
Quiritium.	ib.
trium liberorum.	44

## L.

<b>L</b> Aborum.	24
Lacerna.	74
Læna.	ib.
Lanista.	69
Laquearii.	70
Latus clavus.	47
Latum clavum accipere, adimere.	ib.
Laudatio funebris.	77
Laudatores reorum.	39
Legati	

R E R V M.

Legati.	20
Legatus Cæsaris seu Principis.	16
consularis.	ib.
legionis.	17
prætorius.	ib.
Leges quid?	39
vnde dictæ rogationes.	40
liberae reipublicæ.	42
Legiones.	21
harum cognomina.	22
nummerus.	ib.
Legum XII Tabulæ.	6. 43
varia cognomina.	43. 44
Lex Plotia.	33
propria & improppria.	40
theatralis.	50
Liberti.	57
Libertini.	58
Libra.	83
Litterati per iocum.	61
Lorica.	23
Ludi.	69
Ludi Romanorum.	65
bestiariorum.	68
Circenses.	66
funebres.	76
gladiatoriis.	69
Scenici.	67
venationum.	68
Ludus.	69

## INDEX

### M.

<b>M</b> Achinæ poliorceticæ.	24
Magister equitum.	20
scriniorum.	18
Magistratus Roman. ante Cæsares.	3
tempore Cæsarum.	12
æui posterioris.	17
Magistri morum.	11
Manipulus.	22
Manumissio per vindictam.	58
Marmora Arundeliana.	89
Milites velites.	23
Militia Romana.	20
naualis.	26
Millio.	83
Mirmillones.	70
Munera rogo iniecta.	76
Municipes Italiae.	31
Municipia.	32
Musculus.	25

### N.

<b>N</b> L, ampliationis nota.	36
Naues Liburnæ.	26
oneras.	ib.
rostratae.	ib.
Nauis prætoria.	ib.
Naumachia.	68
Nobilissimatus.	19
Non	

R E R V M.

Non placet.	
Numa.	48
Numerandi ratio.	3
Numismatum usus.	82
Nummi bigati.	85
coloniarum.	85
consulares.	ib.
facti sub Cæsaribus.	ib.
populorum & urbium.	ib.
quadrigati.	ib.
ratiti.	ib.
victoriati.	ib.
Nummorum duæ facies.	ib.
forma.	86
materia.	84

O.

Obristen.	
Oratores.	21
Ordines Romanorum.	38
Ordo equestris.	45
huius studia.	49
plebeius.	51
senatorius.	51
Originalis patria.	45
Quatio.	31
	27. 28

P.

Palla.	
Pallium.	78
	ib.
G 5.	Palu.

INDEX

Paludamentum.	ib.
Patres conscripti.	45
Patroni caussarum.	38
Pecunia, vnde nomen habeat.	84
Pedarii.	48
Penula.	74
Pilum.	23
Placet.	48
Plebeii.	52
Plebiscitum.	40. 41
Plinius aluei Tiberini curator.	16
Pluteus.	25
Pœna censoria.	11
Pollicem conuertere, premere.	70
Pondo.	83
Populiscitum.	40. 41
Præfectus ærarii.	13
Prætorio.	13. 18
vrbi.	12
Præmia militiae.	27
Præmium gladiatorum.	70
Prætexta.	5
Prætextati.	73
Prætor.	6. 35
peregrinus.	7. 35
vrbanus.	ib.
Præter edicit.	37
Prætores duces belli, late dicti.	20
	7
	Prætorum

R E R V M.

Prætorum numerus.	7
Pressus pollex.	70
Primipilus.	21
Proconsules.	16
Procuratores Cæsaris.	17
Proletarii.	34
Prærætores.	7
Prouinciarum diuisio per Augustum,	16
Prouocatio a regibus ad populum.	5

Q.

Quæstiones publicæ.	7
Quæstores.	9
horum numerus.	10
forte additi.	10

R.

Rationales.	17
Rectores prouinciarum.	19
Reges Romanorum.	3
horum potestas.	4
Roma exacti.	4
Rei nummaria scriptores.	86. 87. 88
Religio Roman. a Numa inducta.	3
Reorum habitus.	39
laudatores.	ib.
Res Romanorum nummaria.	89
Reus.	38. 39
Rogationes, quid?	40. 41
Romulus.	3
Rostra	

INDEX

---

<b>Rostra-nauium, qualia?</b>	26
<b>Rude donati.</b>	71
<b>Rudis, præmium gladiatorum.</b>	70
 <b>S.</b>	
<b>S</b> Agum.	72
<b>S</b> cholæ Romanorum.	64
<b>Scitum, quid ?</b>	41
<b>Scriptorum clasficorum nomen vnde?</b>	54
<b>Securis fascibus inserta.</b>	5
<b>ademta.</b>	ib.
<b>Sella curulis.</b>	ib.
<b>Senatores minorum gentium.</b>	45
<b>Senatorum numerus.</b>	45-46
<b>census.</b>	47
<b>officium.</b>	ib.
<b>vestitus.</b>	ib.
<b>Senatus a Romulo constitutus.</b>	4
<b>Senatus origo.</b>	45
<b>Senatusconsultum.</b>	40-41
<b>Sententiam rogati, quinam?</b>	47-48
<b>Sententiæ iudicum.</b>	36
<b>Septa.</b>	56
<b>Sepulcra.</b>	77
<b>Sepultura Romanorum.</b>	75
<b>Seruius Tullius.</b>	4
<b>Serui.</b>	59
<b>ergastularii.</b>	60
<b>urbani.</b>	60
<b>rustici.</b>	ib.
<b>Sester-</b>	

R E R V M.

Sestertium.	80
Sestertius.	ib.
Signa militaria.	24
Socii.	33
Solidus.	81
Solonis leges.	43
Sortitio iudicum.	36
Status hominum.	57
Stola.	75
Studio Romanorum.	61
Subsortitio iudicum.	36
Supplicatio.	28
læta.	29
tristis.	ib.
Synthesis,	74

T.

<b>T</b> alentum.	83
Tarquinius Priscus.	4
Superbus.	4
Testudo.	25
Theatrum.	67
Thraces, gladiatores.	70
Toga.	72
candida, cretata.	73
picta & palinata.	73
prætexta.	ib.
Toga Magistratum.	ib.
Togæ materia.	73
Togam virilem sumere.	ib.
	Tonna

INDEX RERVM.

Tonna auri.	83
Tragoediæ.	67
Tribuni militum.	5
plebis.	8. 52.
horum numerus.	9
potestas.	ib.
Tribunitia potestas a Cæsaribus adsumta.	9
Tribus vrbanae & rusticæ.	51
Triumviri capitales.	II
monetales.	II
Triumphus.	27. 28
Tullus Hostilius.	4
Tunica.	74
laticlavia.	47
Turma equestris.	22
Turris rotata.	25

V

<b>V</b> ectigalium conductio.	51
Venetiones.	68
Vestitus Romanorum.	72
Vexillum.	24
Vicarii præfectorum.	19
Vinea.	25
Vota.	47
Vr næ sententiarum	36. 37.

F I N I S.

AB 56855



Marquard Ludwig de Printze.

à consiliis status intimg, eques de ordini  
aquila nigra borussica arcis regia pra,  
fectus Sacri Synedriæ quod Bononiæ est  
Praeses, Templi Magdeburg: Canonicus, et  
Director Gymnasii Joachimici etc:

A.B 56 855

ULB Halle  
004 350 57X

3



KOP

E0 - Start

30.8.99

201  
201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201

201


201

201

201

201

201



CHRISTOPHORI CELLARI<sup>II</sup>  
**ANTIQUITATES  
 ROMANAЕ,**  
 EX  
 VETERVM MONVMENTIS  
 AC LEGIBVS ROMANIS  
 DIGESTAE.

*QVIBVS APPENDIX  
 DE RE ROMANORVM NUMMA-  
 RIA ET INSCRIPTIONIBVS  
 ACCESSIT.*




---

HALAE MAGDEBURGICAE  
 SVMPTIBVS ORPHANOTROPHEI  
 M DCC X.